manifeſte. ſed quaſi in occulto. Iudei er-
go querebāt eum in die feſto. ⁊ dicebant.
Ubi eſt ille? Et murmur multū erat de il
lo in turba. Quidā enim dicebāt quia bo
nus eſt Alij autē dicebant nō. ſed ſeducit
turbas. Nemo tamē palam loquebať de
eo ꝓpter metū iudeorū Iam autē die feſto
mediante aſcēdit Ieſus in templū ⁊ doce-
bat et mirabanť iudei dicentes. Quomō
hic litteras ſcit cū non didicerit? Reſpon
dit eis Ieſus ⁊ dixit Mea doctrina nō eſt
mea ſed eius q̄ miſit me. Si q̄s voluerit
volūtatē eius facere/cognoſcet de doctri-
na vtrū ex deo ſit an ego a meipſo loquar
Qui a ſemetipſo loq̄tur gloriā propriam
querit. Qui autē querit gloriā eius q̄ mi
ſit illū. hic verax eſt ⁊ iniuſticia in illo non
eſt. Nōne Moyſes dedit vobis legē. ⁊ ne-
mo ex vobis facit legē? Quid me queritis
interficere? Reſpōdit ei turba ⁊ dixit. De-
moniū habes. Quis te q̄rit interficere? Rn̄
dit ei Ieſus ⁊ dixit eis. Unū opus feci et
om̄es miramini. ꝓpterea moiſes dedit vo
bis circūciſionē. nō quia ex moyſe eſt ſed
ex patribꝫ. Et in ſabbato circūciditis ho-
minē. Si circunciſionē accipit homo in
ſabbato vt nō ſoluať lex moyſi. mihi indi
gnamini. qꝛ totū hominē ſanū feci in ſab
bato? Nolite iudicare ſc̄m faciē ſed iuſtū
iudiciū iudicate. Dicebant ergo quidā ex
hieroſolimis. Nōne hic eſt quē querūt in
terficere? Ecce palam loq̄tur ⁊ nihil ei di-
cunt. Nunq̄d vere cognouerūt principes
quia hic eſt xp̄s. Sed hūc ſcim⁹ vnde ſit.
xp̄us autē cum venerit nemo ſcit vnde ſit.
Clamabat ergo docens in templo Ieſus
⁊ dicens. Et me ſcitis ⁊ vnde ſim ſitis ⁊ a
meipſo nō veni ſed eſt ver⁹ q̄ miſit me quē
vos neſcitis. Ego autē ſcio eū. Et ſi dixe
ro qꝛ neſcio eū ero ſimilis vobis mendax
ſed ſcio eū quia ab ipſo ſum ⁊ ipſe me mi-
ſit. Querebāt ergo eū apprehendere et ne
mo miſit in illū manus/ qꝛ nōdum vene-
rat hora eius. De turba autē multi credi-
derūt in eum Et dicebāt. xp̄s cum venerit
nūquid plura ſigna faciet q̄ꝫ que hic facit
Audierūt phariſei turbā murmurātē de
illo hic. Et miſerūt phariſei ⁊ pricipes mi
niſtros vt apprehēderēt eū. Dixit ergo ie
ſus. Adhuc modicū temp⁹ vobiſcū ſum
et vado ad eū qui miſit me. q̄ritis me ⁊ nō
inuenietis. Et vbi ſum ego vos nō pote-
ſtis venire. Dixerūt ergo iudei ad ſeipſos
Quo hic iturus eſt qꝛ nō inueniem⁹ eū?
Nunq̄d in diſꝑſionē gentiū itur⁹ eſt ⁊ do-
cturus gētes? Quis eſt hic ſermo quē di-
xit. Queritis me ⁊ nō inuenietis ⁊ vbi ſū
ego vos nō poteſtis venire? In nouiſſimo
autē die magno feſtiuitatis ſtabat Ieſus
⁊ clamabat dicēs. Si q̄s ſitit veniat ad me
et bibat. Qui credit in me ſicut dicit ſcri-
ptura flumia de vētre eius fluēt aque viue
Hoc autē dixit de ſpū quē accepturi erāt
credētes in eum. Nōdum eni erat ſpirit⁹
datus qꝛ Ieſus nondū fuerat glificatus.
Ex illa ergo turba cū audiſſent hos ſmo-
nes eius dicebāt. Hic eſt vere propheta.
Alij dicebāt hic eſt xp̄s. Quidā autē dice
bant. Nunq̄d a galilea xp̄s venit Nonne
ſcriptura dicit qꝛ ex ſemie dauid ⁊ de beth
leem caſtello vbi erat dauid. venit chriſt⁹?
Diſſenſio itaqꝫ facta eſt in turba propter
eum. Quidā autē ex ipſis volebāt apphē-
dere eū ſed nemo miſit ſup illū man⁹. Ue
nerūt ergo miniſtri ad pontifices ⁊ phari-
ſeos ⁊ dixerunt eis illi. Quare nō adduxi
ſtis eū? Rn̄derūt iſti. Nunq̄ꝫ ſic locut⁹ eſt
homo ſicut hic hō loq̄tur. Rn̄derūt ergo
eis phariſei. Nunq̄d et vos ſeducti eſtis?
Nūquid aliq̄s ex principibꝫ et phariſeis
credit in eū ſed turba hec
que non nouit legē male
dicti ſunt. Dixit nicode-
m⁹ ad eos Ille q̄ venit ad eū nocte q̄ vnus
erat ex ipſis Nunq̄d lex noſtra iudicat ho
minē niſi audierit ab ipſo prius ⁊ cogno-
uerit q̄d faciat. Reſponderūt ⁊ dixerūt ei.
Nunq̄d ⁊ tu galile⁹ es. ſcrutare ſcripturas
et vide quia ꝓpheta a galilea nō ſurgit Et
reuerſi ſunt vnuſquiſqꝫ in domū ſuam.

Nota q̄ nicodemus iā venerat.

## De muliere dephenſa in adulterio Io. viij. Capitulum. lxxviij.

Ieſus autē perexit in montē oliueti ⁊
diluculo iterū venit in templū et om
nis popul⁹ venit ad eū ⁊ ſedēs doce-
bat eos. Adducunt autē ſcribe ⁊ phariſei
mulierē in adulterio dephenſam ⁊ ſtatue-
runt eā in medio ⁊ dixert ei Magiſter hec
mulier mō dephenſa eſt in adulterio. In
lege autē mandauit nobis dn̄s hmōi lapi
dare. Tu ergo quid dicis? Hec autē dice
bant tentātes eū vt poſſent accuſare eum
Ieſus autē inclinās ſe deorſū digito ſcri
bebat in terra. Cum autē pſeuerarēt int-
rogantes eū erexit ſe ⁊ dixit eis. Qui ſine
peccato veſtrū eſt. primus in illā lapidem

mittat. Et iterū ſe inclinans ſcribebat in terra Audiētes autē vnus poſt vnū exibāt incipiētes a ſenioribꝫ ⁊ remāſit ſolꝰ ⁊ mulier in medio ſtās Erigens aūt ſe Jeſus dixit ei Mulier vbi ſunt q̄ te accuſabāt? Nemo te condēnauit? Que dixit. Nemo domine. Dixit autē ei Jeſus Nec ego te condemnabo. vade ⁊ amplius noli peccare.

## De verbis chriſti in gazophilatio. J. viij. Capi. lxxix.

Iterū ergo locutꝰ eſt eis ieſus dicēs. Ego ſuꝫ lux mūdi. qui ſeq̄tur me nō ambulat in tenebris ſed hēbit lumē vite. Dixerunt ergo ei phariſei. Tu de teipſo teſtimoniū ꝑhibes teſtimoniuꝫ tuū nō eſt verū. Rn̄dit ieſus ⁊ dixit eis Et ſi ego teſtimoniū ꝑhibeo de meipō. veruꝫ eſt teſtiōniū meū/ qꝛ ſcio vnde veni ⁊ quo vado. vos autē neſcitis vn̄ venio aut quo vado. Uos ſm̄ carnē iudicatis. ego autē nō iudico queꝙ̄. Etſi iudico ego. iudicium meū veꝝ eſt. quia ſolus nō ſum. ſꝫ ego ⁊ qui miſit me pater. Et in lege veſtra ſcriptū eſt qꝛ duoꝝ hominū teſtimoniū veꝝ eſt. Ego ſum q̄ teſtimoniū ꝑhibeo de memetipſo. ⁊ teſtimoniū ꝑhibet de me q̄ me miſit pater. Dicebāt ergo ei. vbi eſt pater tuus? Reſpōdit Jeſus. Neqꝫ me ſcitis neqꝫ patrē meū. Si me ſciretis forſitan ⁊ patrē meū ſciretis. Hec verba locutꝰ eſt in gazophilatio docēs in templo ⁊ nemo apprehendit eū qꝛ nondū venerat hora eius.

## De alio ſermone chriſti ꝓpter quē voluerūt iudei eū lapidare. Jo. viij. Capitulum. lxxx.

Dixit ergo iterū eis. Ego vado ⁊ q̄retis me. ⁊ in pctō veſtro moriemini. quo ego vado vos nō poteſtis venire. Dicebāt ergo iudei. Nunq̄d interficiet ſemetipſꝫ. qꝛ dicit quo ego vado. vos nō poteſtis venire? Et dicebat eis Uos deorſuꝫ eſtis ego de ſupius ſum. Uos de mundo hoc eſtis ego nō ſum de mūdo hoc. Dixi ergo vobis qꝛ moriemini in pctīs veſtris. Si enī nō credideritis. qꝛ ego ſum moriemini in peccato veſtro. Dixerūt ergo ei. Tu quis es? Dixit eis Jeſus. Principiū qui ⁊ loquor vobis. multa habeo de vobis loqui ⁊ iudicare ſed q̄ me miſit verax eſt ⁊ ego que audiui ab eo hec loquor in mundo. ⁊ nō cognouerūt/ quia patrē eis dicebat deū. Dixit ergo eis Jeſus. Cū exaltaueritis filiū hominis tūc cognoſcetis. quia ego ipſe ſum ⁊ a memetipſo facio nihil Et ſicut docuit me pater hec loquor ⁊ q̄ miſit me mecū eſt. et nō reliquit me ſolū quia q̄ placita ſunt ei facio ſemꝑ hec illo loquēte multi crediderūt in eum. Dicebat ergo ieſus ad eos q̄ crediderūt ei iudeos Si vos māſeritis in ſermone meo. vere diſcipuli mei eritis ⁊ cognoſcetis veritatē ⁊ veritas liberabit vos. Reſponderūt ei. Semen abrae ſumus ⁊ nemini ſeruiuimꝰ vnq̄. q̄modo tu dicis liberi eritis? Reſpōdit eis Jeſus. Amen amē dico vobis/ qꝛ omīs q̄ facit peccatū. ſeruꝰ eſt peccati. ſeruꝰ autem nō manet in domo in eternuꝫ. filꝰ manet in eternū Si ergo filius vos liberabit. vere liberi eritis. ſcio quia filij abrae eſtis. ſꝫ queritis me interficere. quia ſmo meꝰ non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrē loquor. ⁊ vos que vidiſtis apud patrē veſtrū faciatis. Reſpōderūt et dixerunt ei Pater noſter abraā eſt. Dicit eis Jeſus. Si filij abrae eſtis. opa abrae facite. Nūc autē queritis me interficere hominē qui veritatē vobis locutus ſum quā audiui a deo. hoc abraā nō fecit. Uos facitis opa patris veſtri. Dixerūt ergo ei. Nos ex fornicatōne nō ſumus nati. vnū patrē habemus deū. Dixit ergo eis Jeſus. Si deus pater veſter eſſet diligeretis vtiqꝫ me Ego enim ex deo ꝓceſſi ⁊ veni. neqꝫ enī a meipſo veni ſed ille me miſit. quare loq̄lā meam nō cognoſcitis? Quia nō poteſtis audire ſermonē meū. Uos ex patre diabolo eſtis ⁊ deſideria patris veſtri vultis facere Jlle homicida erat ab initio et in veritate nō ſtetit/ quia nō eſt veritas in eo. cū loq̄tur mendaciū ex proprijs loq̄tur qꝛ mendax eſt ⁊ pater eius. Ego autē quia veritatem dico nō creditis mihi Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatē dico q̄re non creditis mihi? Qui eſt ex deo verba dei audit ꝓpterea vos nō auditis/ quia ex deo nō eſtis. Reſponderūt ergo iudei ⁊ dixerunt ei. Nonne benedicimꝰ nos quia ſamaritanus es tu ⁊ demoniū habes? Reſpondit Jeſus. Ego demoniū nō habeo ſed honorifico patrē meū ⁊ vos inhonoraſtis me. Ego autē nō quero gloriā meam. eſt qui querat ⁊ iudicet. Amen amen dico vobis. Si quis ſermonē meū ſeruauerit. mortē nō videbit in eternū. Dixerūt

ergo iudei. Nunc cognouim⁹ quia demo-
niū habes. Abraā mortu⁹ eſt et prophete
τ tu dicis ſi quis ſermonē meū ſeruauerit
mortē non guſtabit in eternū. Nūquid tu
maior es patre noſtro Abraā qui mortu⁹
eſt? τ prophete mortui ſunt. quē tu teipſm
facis? Reſpōdit Jeſus. Si ego glorifico
meipſm gloria mea nihil eſt. Eſt pater me-
us qui glorificat me quē vos dicitis qz de-
us noſter eſt. τ nō cognouiſtis eū. ego au-
tem noui eū. Et ſi dixero neſcio eū. ero ſi-
milis vobis mendax ſed ſcio eū τ ſermonē
eius ſeruo Abraā pater veſter exultauit vt
videret diē meū vidit τ gauiſus eſt. Dixe-
runt ergo iudei ad eū Quinquaginta ānos
nondū habes τ abraam vidiſti? Dixit er-
go eis Amen amē dico vobis antequā abra-
am fieret ego ſum. Tulerūt ergo lapides:
vt iacerēt in eum Jeſus autem abſcondit
ſe et exiuit de templo.

## De ceco nato J. ix.

Capitulum. lxxxi.

Et preteriēs vidit hoīem cecum a
natiuitate. Et interrogauerūt eū
diſcipli ſui Rabbi. Quis peccauit hic an
parētes eius vt cec⁹ naſceret? Rūdit Jhs.
Neqz hic peccauit neqz pntes ei⁹ ſz vt ma-
nifeſtent opa dei in illo. Me oportet opa-
ri opa eius qui miſit me donec dies ē Ue-
nit nox quando nemo poteſt opari. Quādiu
ſum in mūdo lux ſum mūdi. Hoc cū dixiſ-
ſet expuit in terrā τ fecit lutū ex ſputo τ li-
niuit lutū ſup oculos eius et dixit ei. Ua-
de τ laua in natatoria ſyloe quod interpre-
tat miſſus. Abijt ergo τ lauit τ venit vidēs
Itaqz vicini τ qui viderant eum prius qz
mēdicus erat dicebāt. Nōne hic eſt qui ſe-
debat τ mendicabat? Alij dicebant qz hic
eſt. Alij autē / nequaqz ſed ſimilis eius eſt
Ille vero dicebat. qz ego ſum. Dicebāt er-
go ei. Quomō aperti ſunt tibi oculi? Rū-
dit. Ille homo qui dicit Jeſus lutū fecit τ
vnxit oculos meos τ dixit mihi. Uade ad
natatoria ſyloe τ laua τ abij τ laui τ video.
Dixerūt ei. Ubi eſt ille? Ait neſcio Addu-
cunt eū ad phariſeos qui cec⁹ fuerat. Erat
autē ſabbatū quādo lutū fecit Jeſus τ ape-
ruit oculos eius Iterū ergo interrogabāt
eū phariſei quomodo vidiſſet. Ille autem
dixit eis. Lutū poſuit mihi ſup oculos τ
laui τ video. Dicebāt ergo ex phariſeis q̄-
dam. Non eſt hic homo a deo qui ſabba-
tum nō cuſtodit. Alij dicebāt. Quomodo
pōt homo pctōr hec ſigna facere? Et ſciſ-
ma erat inter eos. Dicūt ergo ceco iterū.
Tu q̄d dicis de eo qui aperuit tibi ocl'os
tuos? Ille autē dixit quia propha eſt. Nō
crediderūt ergo iudei de illo qz cecus fuiſ-
ſet τ vidiſſet donec vocauerūt pentes eius
qui viderat. Et interrogauerūt eos dicē-
tes. Hic filius veſter eſt quē vos dicitis qz
cecus natus eſt? quomō ergo nunc videt?
Rūderunt ergo eis pentes ei⁹ τ dixerunt.
Scimus qz hic eſt fili⁹ noſter τ qz cec⁹ na-
tus eſt. quomō autē nunc videat neſcim⁹
aut quis aperuit oculos ei⁹ nos neſcim⁹
ipſum interrogate. etatē habet ipe de ſe lo-
quat. Hec dixerūt pentes eius qz timebāt
iudeos. Jam eni cōſpirauerāt iudei vt ſi
quis confiteret eū eſſe chriſtū extra ſyna-
gogā fieret. propterea pntes e⁹ dixerūt eta-
tem habet ipm interrogate. Uocauerunt
ergo rurſum hoīem qui cec⁹ fuerat τ dixe-
rūt ei. Da gloriā deo. Nos ſcim⁹ quia hic
homo pctōr eſt Dixit ergo ille. ſi peccator
eſt. neſcio. Unū ſcio. qz cum cecus eſſem
modo video Dixerūt ergo illi. Quid fecit
tibi? quomodo apuit tibi oculos? Rūdit
eis. Dixi vobis iam τ audiſtis. Quid ite-
rum vultis audire? Nunq̄d τ vos vultis di-
ſcipuli eius fieri? Maledixerūt ei τ dixerūt
Tu diſcipulus illius ſis. nos autē moyſi
diſcipuli ſumus Nos ſcim⁹ quia moyſi lo-
cutus eſt de⁹. Hunc autē neſcimus vn̄ ſit
Rūdit ille homo τ dixit eis. In hoc mira-
bile eſt. quia vos neſcitis vnde ſit τ aperuit
oculos meos? Scim⁹ autē qz peccatores
deus nō audit. ſed ſiqs dei cultor eſt τ vo-
luntatē eius facit. hūc deus exaudit. A ſe-
culo nō eſt auditū quia qs aperuit ocl'os
ceci nati. niſi eſſet hic a deo / nō poterat fa-
cere quicqz. Reſponderūt τ dixerūt ei. In
peccatis nat⁹ es totus τ tu doces nos? Et
eiecerūt eum foras. Audiuit Jeſus quia
eiecerūt eum foras τ cū inueniſſet eū dixit
ei. Tu credis in filiū dei? Reſpondit ei et
dixit. Quis eſt dn̄e vt credā in eū Dixit ei
Jeſus. Et vidiſti eū et qui loqtur tecum
ipſe eſt. At ille ait. Credo domine. Et pci-
dens adorauit eū. Et dixit ei Jeſus In iu-
dicium ego veni in hūc mundū vt qui nō
vident videāt. τ qui vident ceci fiant. Et
audierūt ex phariſeis qui cū ipſo erant. et
dixerūt ei. Nunq̄d τ nos ceci ſumus? Di-
xit eis ieſus ſi ceci eētis nō haberetis pctm̄

Nunc vero quia dicitis quia videmꝰ pec
catū veſtrū manet.

## De ſermone chri-
ſti. Ego ſum paſtor bonus. Johan. x.

Capitulum. lxxxij.

Amen amē dico vobis qui nō in-
trat ꝑ oſtiū in ouile ouiū: ſ; aſcen-
dit aliunde ille fur eſt ⁊ latro. Qui autē in
trat ꝑ oſtium hic paſtor eſt ouiū huic oſti
arius apit ⁊ oues vocē eius audiunt ⁊ ꝓpri
as oues vocat noīatim ⁊ educit eas. Et
cum ꝓprias oues emiſerit vadit ante eas.
⁊ oues illū ſequūtur quia ſciūt vocē eius.
Alienū autē non ſequūtur/ſed fugiūt ab
eo quia nō nouerūt vocē alienorū. Hoc ꝓ
uerbiū dixit eis Jeſus Illi autē nō cogno
uerūt quid loq̄retur eis. Dixit ergo eis ite
rū Jeſus. Amē amen dico vobis quia ego
ſum oſtiū ouiū. Om̄es quotq̄t venerunt
fures ſunt ⁊ latrones ſed nō audierūt eos
oues. Ego ſum oſtiū. per me ſiq̄s introie
rit/ſaluabit ⁊ ingredietꝰ ⁊ egredietur ⁊ pa-
ſcua inueniet. Fur autē nō venit niſi vt fu
ret ⁊ mactet ⁊ ꝑdat Ego veni vt vitā habe
ant ⁊ abūdantius habeant. Ego ſum pa-
ſtor bonus. bonꝰ paſtor dat animā ſuam
pro ouibꝫ ſuis. Mercenarius autē ⁊ qui
nō eſt paſtor cuiꝰ nō ſunt oues ꝓprie. vidꝫ
lupū venientē ⁊ dimittit oues ⁊ fugit ⁊ lu
pus rapit ⁊ diſꝑgit oues Mercenariꝰ aūt
fugit quia mercenariꝰ eſt ⁊ nō ꝑtinet ad eū
de ouibꝫ Ego ſum paſtor bonꝰ ⁊ ꝯgnoſco
oues meas ⁊ ꝯgnoſcūt me mee. Sicē no
uit me pater ⁊ ego agnoſco patrē et aīam
meā pono pro ouibꝫ meis. Et alias oues
habeo que nō ſunt ⁊ hoc ouili ⁊ illas opor
tet me adducere ⁊ vocē meam audiēt et fi-
et vnū ouile ⁊ vnus paſtor ꝓpterea me pa-
ter diligit q; ego pono animā meā ⁊ iterū
ſumā eam Nemo tollit eā a me ſed ego po
no eā a meipſo. ꝑtātem habeo ponēdi ani
mā meā ⁊ poteſtatē habeo iterum ſumēdi
eā. Hoc mandatū accepi a patre meo Diſ
ſenſio iterū facta eſt inter iudeos ꝓpter ſer
mones hos. Dicebant autē multi ex his.
Demoniū habet ⁊ inſanit. quid eū audi-
tis: Alij dicebāt hec verba nō ſunt demo-
niū habentis. Nunq̄d demoniū poteſt ce
coꝝ oculos apire?

## De ſolutiōe didra
gmatis. M. xvij. R. ix.

Capitulum. lxxxiij.

Et R. venerūt capharnaū et cum
veniſſent. M. capharnaū acceſſe-
runt qui didragma accipiebāt ad
Petrū et dixerunt ei Magiſter veſter non
ſoluit didragma. Et ait Etiam. Et cū in-
traſſet in domū. preuenit eū Jeſus dicēs.
Quid tibi videtur Symon: Reges terre
a quibꝰ accipiunt tributū vel cenſum. a fi-
lijs ſuis an ab alienis: Et ille dixit Ab ali
enis Et dixit ei Jeſus. Ergo liberi ſunt fi
lij. Ut autē non ſcandalizemus Uade ad
mare ⁊ mitte hamū. et eū piſcē qui primꝰ
aſcenderit tolle ⁊ aperto ore eius. inueni-
es ſtaterē. illum ſumēs da eis pro me ⁊ te.

## De contentione di
ſcipulorum quis eorū videret eſſe maior
⁊ de doctrina chriſti M. xviij. R. ix. L. ix

Capitulum. lxxxiiij.

In illa M. hora itrauit. L. in eos
cogitatio quis eorum videret eſſe
maior. At Jeſus videns cogitatō
nes cordis eorū cum. R. domi eſſet inter-
rogabat eos Quid in via tractabatis: At
illi tacebant. Siquidē in via inter ſe di-
ſputauerāt. quis eſſet illorū maior. Acceſ
ſerunt. M. diſcipuli ad Jeſum dicentes.
Quiſputas maior eſt in regno celoꝝ: Et
R. reſidens vocauit duodeci. et ait illis.
Siquis vult primꝰ eſſe. erit omniū nouiſ
ſimus et omniū miniſter. Et. M. aduo-
cans Jeſus paruulū accipiens. R. appre-
hendit. L. et ſtatuit. M. eū ſecus ſe in me
dio. M. eorum. Quem. R. cum cōplexus
eſſet: ait illis. Amen. M. dico vobis. Ni-
ſi cōuerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicut puu-
li nō intrabitis in regnū celorum. Quicū
q; ergo humiliauerit ſe ſicut puulus iſte/
hic maior eſt in regno celorū. Et qui ſu-
ſceperit. vnū paruulū talem in noīe meo.
me ſuſcipit. Et. R. quicūq; me ſuſceperit
nō ſolum me ſuſcipit/ſed eū qui miſit me:
Nam q̄ minor. L. eſt inter vos om̄es. hic
maior eſt. Qui. M. autē ſcandalizauerit
vnū de puſillis iſtis minimis q̄ in me cre
dunt expedit bonū. R. eſt ei magis vt M.
ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius ⁊
dimergat in profundū maris. Ue mūdo
a ſcandalis. Neceſſe eſt eni vt veniāt ſcan
dala. verūtamē ve homini illi ꝑ quē ſcan-
dalum venit. Si M. autē. R. manus tua
ſcandaliſat te abſcide eā et ꝓijce abs te.

Bonum. R. eſt tibi debilem vel claudum
M. introire in vitam q̄ꝫ duas manus vel
duos. M. pedes habentē mitti ⁊ ire in ge
hennā ignem. M. eternū inextinguibilē
R. vbi vermis eorū non moritur ⁊ ignis nō
extinguitur. Et ſi pes tuus ſcādaliſat te. am
puta illum. bonuꝫ eſt tibi claudū intrare
in vitam eternaꝫ q̄ꝫ duos pedes habentē
mitti in gehennā ignis inextinguibil' vbi
vermis eorū non moritur ⁊ ignis nō extin-
guitur. Et M. ſi oculus tu' ſcandaliſat te
erue eum ⁊ proijce abs te. Bonū. R. eſt ti-
bi luſco cū M. vno oculo vitam intrare re
gnum R. dei q̄ꝫ duos oculos habentē mit
ti in gehennā ignis vbi vermis eorū non
moritur ⁊ ignis nō extinguitur. Omis eni vi-
ctima igne ſalietur ⁊ omis victima ſale ſa-
lietur. Bonum eſt ſal q' ſi ſal inſulſum fu
erit in quo illō condietis? Habete in vo-
bis ſalem. et pacem habete inter vos. Vi-
dete. M. ne cōtemnatis vnū ex his puſil
lis. Dico eni vobis quia angeli eorū in ce
lis ſemꝑ vident faciē patris mei q̄ in celis
eſt. venit eni filius hois ſaluare quod ꝑie
rat. Quid vobis videtur? Si fuerint alicui
centū oues. errauerit vna ex eis Nonne re
linquit nonagintanouē in monte ⁊ vadit
querere eam q̄ errauerat. Et ſi cōtigerit vt
inueniat eā. Amen dico vobis. q᷑ gaudet
ſuꝑ eam magis q̄ꝫ ſuper nonagintanouē
que nō errauerūt Sic nō eſt voluntas an
te patrē veſtrū qui in celis eſt vt pereat vnus
de puſillis iſtis.

## De correptōne fraterna. M. xviij. L. xvij.

Capitulum. lxxxv.

Attendite vobis ſi. M. autē pec-
cauerit in te frater tuus. Vade et
corripe. increpa. L. illū inter M.
te ⁊ ipm ſolum. Si audierit te ⁊ peniten-
tiam. L. egerit. dimitte illi. lucratus. M.
es fratrē tuum. Et. L. ſi ſepties in die pec
cauerit in te ⁊ ſepties in die ad te cōuerſus
fuerit dicens penitet me dimitte illi. Si
M. autē non te audierit adhibe tecuꝫ ad
huc vnum vl' duos vt in ore duorū teſtiū
vel trium ſtet ōme verbum. q' ſi nō audie
rit eos dic eccleſie. Si autē ⁊ eccleſiam nō
audierit ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publica-
nus. Amen dico vobis quecūqꝫ alligaue
ritis ſuꝑ terram. erunt ligata et in celis et
quecūqꝫ ſolueritis ſuper terrā erunt ſolu-
ta ⁊ in celis. Iterū dico vobis quia ſi duo
ex vobis cōſenſerint ſuper terrā de ōmi re
quamcūqꝫ petierint / fiet illis a patre meo
qui in celis eſt. vbi enim ſunt duo vel tres
cōgregati in nomine meo ibi ſum in me-
dio eorū. Tunc accedēs Petrus ad eum
dixit Domine quotiēs peccabit in me fra
ter meus ⁊ dimittā illi. Vſqꝫ ſepties? Di-
xit illi Jeſus. Nō dico tibi vſqꝫ ſepties ſꝫ
vſqꝫ ſeptuagies ſepties.

## De ſeruo nequam cui oē debitū dimiſſum fuerat. M. xviij.

Capitulum. lxxxvi.

Ideo aſſimilatū eſt regnum celoꝝ
homini regi qui voluit ratōnem
ponere cum ſeruis ſuis. Et cum
cepiſſet ratōem ponere oblatus eſt ei vn'
qui debebat decē milia talenta. Cum au-
tem nō haberet vnde redderet. iuſſit eum
domin' venūdari ⁊ vxorē eius et filios et
ōmia que habebat ⁊ reddi. Procidēs au
tem ſeru' ille rogabat eum dicēs. Patien-
tiam habe in me ⁊ ōmia reddā tibi. Mi-
ſertus autē domin' ſerui ill', dimiſit euꝫ.
et debitum dimiſit ei. Egreſſus autē ſer-
uus ille inuenit vnū de cōſeruis ſuis qui
debebat centū denarios ⁊ tenens ſuffoca
bat eum dicēs. Redde quod debes. Et ꝓ-
cidens cōſeruus eius rogabat eū dicens.
Patientiā habe in me ⁊ ōmia reddā tibi.
Ille autē noluit ſed abijt ⁊ miſit eū in car-
cerē donec redderet debitū. Videntes au-
tem cōſerui eius que fiebāt ꝯtriſtati ſunt
valde. et venerunt et narrauerūt domino
ſuo omnia que facta fuerāt. Tunc voca-
uit illum domin' ſuus ⁊ ait illi. Serue ne
quā ōme debitū dimiſi tibi quoniā roga-
ſti me. Nonne ergo oportuit ⁊ te miſereri
conſerui tui ſicut ⁊ ego tui miſertus ſum?
Et iratus domin' eius tradidit eū tortori
bus quoad vſqꝫ redderet vniuerſum debi
tum. Sic et pater meus celeſtis faciet vo
bis ſi nō remiſeritis vnuſquiſqꝫ fratri ſuo
de cordibus veſtris.

## De illo qui eiiciebat demonia ⁊ nō ſequebatur chriſtū. R. ix. L. ix.

Capitulum. lxxxvij.

Reſpondens. L. autē illi. R. Jo-
hannes dixit. Preceptor. L. ma-
giſter. R. vidimus quendā in no
mine tuo eijcientē demonia et ꝓhibuim'

eum quia nō ſequit̄ te nobiſcū. Et ait ad
illos Jeſus. Nolite prohibere. Nemo eſt
qui faciat virtutē in nomine meo ꝛ poſſit
cito male loqui de me. Qui. R. L. enī nō
eſt aduerſum vos ꝑ nob eſt Quiſq̄s R. vo
bis potū dederit calicē aque frigide in no
mine meo quia chriſti eſtis. Amē dico vo
bis nō perdet mercedē ſuam.

## De aduentu chriſti

in fines iudee ꝛ ꝙ diſcipuli nō timeāt eos
qui occidūt corpus nec vult chriſtus diui
dere hereditatem M. xviij. ꝛ ſupra. x. R. x
L. xij.

Capitulum. lxxxviij.

ET L. M. factu. L. eſt cū conſumaſ
ſet ſermones iſtos Jeſus inde ex
urgens ꝛ migrauit. M. a galilea ꝛ
venit in fines iudee trans iordanē ꝛ ſecu
te ſunt eum turbe multe. Et cōuenerunt
R. iterū turbe ad eum ꝛ curauit. M. eos
ibi et. L. ſicut conſueuerat iterū docebat
eos. Multis autē turbis circunſtātibꝰ/
ita vt ſe inuicē conculcarēt cepit dicere ad
diſcipulos ſuos Attēdite a fermento pha
riſeorū quod eſt ypocriſis. Nihil autem
opertū eſt quod nō reueletur neq̄ abſcon
ditum quod nō ſciatur quoniā que in te
nebris dixiſtis. in lumine dicētur ꝛ quod
in aure locuti eſtis in cubilibꝰ. predicabi
tur in tectis. Dico autē vobis amicis me
is ne terreamini ab his qui occidūt corpꝰ
et poſt hoc nō habent amplius quid faci
ant. Oſtēdant autem vobis quē timeatis
timete eum qui poſtq̄ occiderit habet po
teſtatē mittere in gehennā. Ita vobis di
co hunc timete. Nonne quinq̄ paſſeres
veneūt aſſe. M. dipondio. L. et vnus in
illis nō eſt in obliuione corā deo non. M
cadit. R. in terrā ſine patris veſtri volun
tate? Sꝫ ꝛ capilli capitis veſtri om̄es nu
merati ſunt. Nolite ergo timere m̄ltis paſ
ſeribus meliores M. pluris. L. eſtis vos
dico. J. autē. M. vobis quicūq̄ me con
feſſus fuerit coram hominibꝰ ꝛ filius ho
minis confitebit̄ eum coram angelis dei.
Qui autē negauerit me corā hominibus
denegabit̄ coram angelis dei. Et omnis
qui dicit verbū in filiū hominis remitte
tur illi. Si autē in ſpiritū ſanctū blaſſe
mauerit nō remittetur ei. Cum autē indu
cent vos in ſynagogas et ad magiſtratus
et poteſtates nolite ſoliciti eſſe qualit̄ aut
quid reſpondeatis aut quid dicatis. ſpiri
tus enīꝫ ſanctus docebit vos in ipſa ho
ra quid oporteat vos dicere. Ait autē illi
quidā de turba. Magiſter dic fratri meo:
vt diuidat mecū hereditatē. Et dixit ei ho
mo quis me conſtituit iudicē ꝛ diuiſorem
ſup vos. Dixitq̄ ad illos. Videte ꝛ caue
te ab omni auaricia quia nō in abundan
tia cuiuſq̄ vita eiꝰ eſt ex his que poſſidet.

## De diuite haben

te fructuū abundantiā ꝛ ne diſcipuli ſoli
citi ſint. Luce. xij.

Capitulum. lxxxix.

DIxit autem ſimilitudinē ad illos
dicens hominis cuiuſdā diuitis
vberes fructus ager attulit ꝛ cogi
tabat intra ſe dicens q̄d faciam ꝙ nō ha
beo quo cōgregem fructus meos? Et di
xit hoc faciam deſtruam
horrea mea ꝛ maiora faci
am ꝛ illuc cōgregabo om
nia que nata ſunt mihi et
bona mea ꝛ dicaꝫ anime
mee. Anima mea habes
multa bona poſita in an
nos plurimos. requieſce
comede bibe epulare. Di
xit autem illi deus/ ſtulte
hac nocte repetent animā tuam a te. que
auteꝫ paraſti cuius erūt? Sic eſt qui ſibi
theſaurizat et nō eſt in deū diues. dixitq̄
ad diſcipulos ſuos. Ideo dico vobis No
lite ſoliciti eſſe anime veſtre quid mandu
cetis neq̄ corpori veſtro quid veſtiamini
Anima enim plus eſt q̄ eſca. ꝛ corpꝰ plus
q̄ veſtimētum. Conſiderate coruos quia
nō ſemināt neq̄ metunt. q̄bus non eſt cel
lariū neq̄ horreū ꝛ deus paſcit illos. quā
tomagis vos eſtis pluris illis? Quis au
tem veſtrū cogitās poteſt ad ſtaturam ſu
am adijcere cubitū vnum? Si ergo neq̄
quod minimū eſt poteſtis quid de ceteris
ſoliciti eſtis? Conſiderate lilia agri quo
modo creſcunt/ non laborant. neq̄ nent.
Dico autē vobis quia nec Salomon in
om̄i gloria ſua veſtiebat̄ ſicut vnū ex iſtis.
Si autē fenum quod hodie in agro eſt et
cras in clibanū mittit̄ deus ſic veſtit. quā
tomagis vos puſille fidei? Et vos nolite
querere quid manducetis aut quid biba
tis ꝛ nolite in ſublime tolli. Hec enī om

Multa que hic ponunt̄ poſita ſunt ſupra ſentē tialit̄ vel ē in verbis in ſermone in monte.

nia gentes mūdi querūt. pater autē veſter
ſcit quoniā his indigetis. Uerumtamen
primū querite regnū dei ⁊ hec oīa adiici
ent vobis. Nolite timere puſillus grex q̄
complacuit patri veſtro vobis dare regnū
Uendite que poſſidetis / et date elemoſy
nam. Facite vobis ſacculos / qui nō vete
raſcunt. theſaurū non deficientē in celis /
quo fur nō appropiat. neq̄ tinea corrum
pit. Ubi eniꝫ theſaurus veſter eſt ibi ⁊ cor
veſtrū erit. Dicebat autē ad turbas. Cum
videritis nubem orientē ab occaſu ſtatiꝫ
dicitis nimbus venit ⁊ ita fit. Et cum au
ſtrum flātē / dicitis quia eſtas erit ⁊ ita fit
Ipocrite faciem celi et terre noſtis proba
re. hoc autē tempus quomodo nō proba
tis? Quid autē et a vobiſipſis non iudi
catis quod iuſtū eſt? Cum autē vadis cuꝫ
aduerſario ad principē in via da operam
liberari ab illo ne forte trahat te apud iu
dicem. ⁊ iudex tradat te exactori ⁊ exactor
mittat te in carcerem. Dico tibi quia non
exies inde donec etiam nouiſſimū minu
tum reddas.

## De galileis occiſis

et de ficulnea. Luce. xiij.

Capitulum. xc.

Aderant autē quidā illo tēpore nū
ciantes illi de galileis quorū ſan
guinē Pilatus miſcuit cum ſacri
ficiis eorum. Et reſpondēs dixit illis Pu
tatis ꝙ hi galilei pre oīibus galileis pec
catores fuerūt quia talia paſſi ſunt? Non
Dico vobis. ſed niſi penitētiā egeritis ſi
militer oēs ꝑibitis. Sicut ⁊ illi. xviij.
ſuper quos cecidit turris in ſyloe et occi
dit eos. Putatis quia ⁊ ipſi debitores fue
runt ꝑter oēs homīes habitātes in hie
ruſalem? Non. Dico vobis / ſed ſi non pe
nitētiam egeritis oēs ſimiliter ꝑibitis.
Dicebat autē hanc ſimilitudinē. Arborē
fici habebat quidā plantatā in vinea ſua.
⁊ venit querēs fructuꝫ in illa ⁊ nō inuenit
Dixit autem ad cultorē vinee. Ecce anni
tres ſunt ex quo veni querens fructū in fi
culnea hac. ⁊ nō inuenio. Succide ergo
illam / vt quid etiā terrā occupat? At ille
reſpondēs dixit illi. Domine dimitte illā
et hoc anno vſq̄ dum fodiā circa illam et
mittam ſtercora. ⁊ ſiquidem fecerit fructū
bene. Sin autē in futurū ſuccides eam.

## De muliere incur

uata. L. xiij.

Capitulū. xci.

Erat autē in ſynagoga eorum do
cens ſabbatis Et ecce mulier que
habebat ſpiritū infirmitatis an
nis decem ⁊ octo ⁊ erat inclinata nec oī
no poterat ſurſum reſpicere. Quā cum vi
deret Jeſus vocauit ad ſe ⁊ ait illi Mulier
dimiſſa es ab infirmitate tua. ⁊ impoſuit
illi manus ⁊ cōfeſtim erecta eſt ⁊ glorifica
bat deum. Reſpōdens autē archiſynago
gus indignās / quia ſabbato curaſſet Je
ſus / dicebat turbe ſex dies ſunt in quibus
oportet oꝑari. in his ergo venite ⁊ curami
ni ⁊ nō in die ſabbati. Reſpondit autē ad
illum domin⁹ ⁊ dixit Jpocrite vnuſquiſq̄
veſtrū ſabbato nō ſoluit bouē ſuū aut aſi
num a pſepio ⁊ ducit adaquare? Hanc au
tem filiā abrae quā alligauit ſathanas ec
ce decēꝫ ⁊ octo annis nō oportuit ſolui a
vinculo iſto in die ſabbati? Et cū hec di
ceret. erubeſcebāt oēs aduerſarij eius. et
oīs populus gaudebat in vniuerſ̄ que
glorioſe fiebant ab eo.

## De interrogatōne

iudeorū an liceat vxorē dimittere. M. xix
R. x. L. xvi.

Capitulum. xcij

Et. M. acceſſerūt phariſei tentan
tes eum atq̄ dicentes Si liceꝫ hoī
dimittere vxorē quacunq̄ ex cau
ſa? At. R. ille reſpondēs ait. Quid vobis
precepit Moyſes? Qui dixerūt Moyſes
ꝑmiſit libellū repudij ſcribere ⁊ dimittere
Qui. M. reſpōdens ait illis. Nō legiſtis
quia qui fecit hominē ab initio creature.
R. maſculū. M. R. ⁊ feminā fecit eos de
us. Et dixit propter hoc relinquet homo
patrē ⁊ matrē ⁊ adherebit vxori ſue ⁊ erūt
duo in carne vna. Itaq̄ iam nō ſunt duo
ſed vna caro. Quod ergo deus coniunxit
homo nō ſeparet. Dicūt. R. illi. Quid. M.
ergo moyſes mādauit dari libellū repudij
⁊ dimittere? Ait ill'. Quoniā. M. R. moy
ſes ad duriciā cordis veſtri ꝑmiſit vobis
dimittere vxores veſtras. ⁊ ſcripſit vobis
preceptū iſtud. Ab initio. M. autē nō fu
it ſic. Et. R. in domo iterū diſcipuli eius
interrogauerūt eū. Et ait illis. Dico. M.
autē vobis quia. M. R. quicūq̄ dimiſe
rit vxorē ſuam niſi ob fornicatōem. ⁊ aliā

duxerit mechatur. et. R. adulteriũ cõmit-
tit ſuper eã. et. R. qui L. dimiſſam a. L. vi
ro duxerit mechaẗ. Et ſi vxor dimiſerit vi
rũ ſuum ⁊ alij nupſerit mechaẗ. Dicũt M.
ei diſcipuli eius. Si ita eſt cauſa hominis
cum vxore non expedit nubere. Qui dixit
Non oẽs capiunt verbũ iſtud ſed quib⁹
datũ eſt. Sunt eñi eunuchi qui de matris
vtero ſic nati ſunt. Et ſunt eunuchi qui
facti ſunt ab hominib⁹. Et facti ſunt eu-
nuchi qui ſeipſos caſtrauerũt vel eunuchi
ſtuerũt propter regnũ celorũ. Qui poteſt
capere capiat.

## De paruulis oblatis. M. xix. R. x. Luc. xviij. Ca. xcij.

Tunc M. oblati. R. ſunt ei puuli
infantes. L. vt. L. tãgeret. R. eos
⁊ manus. M. imponeret ⁊ oraret
Quod L. cum viderent diſcipuli increpa
bant L. M. illos ⁊ cõminabãtur. R. offe
rẽtib⁹. Quos cũ vidiſſet indigne tulit Je
ſus. L. autẽ cõuocans illos dixit M. eis
R. Sinite. M. R. L. puulos venire ad
me/ et nolite prohibere eos taliũ eſt eñi re
gnum celorũ Et dixit. R. Amen. R. dico
L. vobis quicũqꝫ nõ acceperit regnũ vt
puer nõ intrabit in illud. Et complexãs
illos et imponẽs manus ſup eos benedi-
cebat illos. Et. M. cũ impoſuit eis ma
nus abijt inde.

## De filio prodigo L. xv. Capitulum. xciij.

Erant autẽ appropinqũtes ei pu
blicani et peccatores vt audirent
illum. Et murmurabant ſcribe et
phariſei dicẽtes/ quia hic peccatores reci
pit et manducat cum illis. Et ait ad illos
ꝑabolam iſtam dicẽs. Quis ex vobis ho
mo qui hꝫ centũ oues et ſi perdiderit vnã
ex illis. Nonne dimittit nonagintanouẽ
in deſerto ⁊ vadit ad illã que ꝑierat donec
inueniat illã? Et cũ inuenerit illã impo-
nit in humeros ſuos gaudẽs ⁊ veniẽs do
mũ conuocat amicos et vicinos dicẽs il-
lis Congratulamĩ mihi. quia inueni ouẽ
meam que perierat. Dico vobis ꝙ ita erit
gaudiũ in celo ſup vno peccatore penitẽ-
tiam agente ꝙ̃ ſup nonagintanouẽ iuſtis
qui nõ indigent penitentia. Aut que mu
lier habens dragmas decẽ et ſi perdiderit
dragmã vnam. Nonne accendit lucernã.
et euertit domũ ⁊ querit diligenter donec
inueniat? Et cũ inuenerit conuocat ami-
cos ⁊ vicinos dicens. Congratulamĩ mi-
hi/ quia inueni dragmã quam ꝑdideram
Ita dico vobis gaudiũ erit ãgelis dei ſu-
per vno peccatore penitẽtiam agente. Ait
autẽ. Homo quidã habuit duos filios. ⁊
dixit adoleſcentior ex illis patri. Pater da
mihi portõnẽ ſubſtantie que me cõtingit
Et diuiſit illis ſubſtãtiam Et nõ poſt mul
tos dies cõgregatis oĩbus adoleſcenti-
or filius ꝑegre profectus eſt in regionem
longinquã et ibi diſſipauit ſubſtantiã ſu
am viuendo luxurioſe. Et poſtqꝫ oĩa cõ
ſumpſiſſꝫ facta eſt fames valida in regiõe
illa ⁊ ipſe cepit egere/ ⁊ abijt ⁊ adheſit vni ci
uium regiõis illius ⁊ miſit illum in villã
ſuam vt paſceret porcos. Et cupiebat vẽ-
trem ſuũ implere de ſiliquis/ quas porci
manducabant ⁊ nemo illi dabat. In ſe au
tẽ reuerſus dixit Quãti mercenarij in do
mo patris mei abũdant panibus. et ego
hic fame pereo. Surgam ⁊ ibo ad patrẽ
meũ ⁊ dicam illi. Pater peccaui in celũ et
corã te. ⁊ iam nõ ſum dignus vocari filius
tuus. fac me ſicut vnũ de mercenarijs tuis
Et ſurgens venit ad patrẽ ſuum. Cũ au
tem adhuc longe eſſet. vidit illũ pater ſu-
us ⁊ miſericordia motus eſt. Et occurrẽs
cecidit ſup collum eius ⁊ oſculatus eſt eũ.
Dixitqꝫ ei filius. Pater peccaui in celum
et corã te/ iam nõ ſum dignus vocari fili⁹
tuus. Dixit autẽ pater ad ſeruos ſuos Ci
to ꝓferte ſtolam primã ⁊ induite illũ ⁊ da-
te annulũ in manu ei⁹ ⁊ calciamẽta in pe-
des ei⁹ ⁊ adducite vitulũ ſaginatũ ⁊ occidi
te ⁊ manducem⁹ ⁊ epulemur q: hic fili⁹ me
us mortu⁹ erat ⁊ reuixit ꝑierat ⁊ inuẽtus ẽ
Et ceperũt epulari. Erat autẽ fili⁹ eius ſe
nior in agro. Et cum veniret ⁊ appropin-
quaret domui: audiuit ſymphoniã ⁊ cho
rum. ⁊ vocauit vnũ de ſeruis. ⁊ interroga-
uit que hec eſſent Iſqꝫ dixit illi Frater tu
us venit ⁊ occidit pater tu⁹ vitulũ ſagina-
tum q: ſaluũ illũ recepit. Indignatus eſt
autẽ ⁊ nolebat introire. Pater ergo illius
egreſſus cepit rogare illũ At ille rñdẽs pa
tri ſuo dixit. Ecce tot ãnis ſeruio tibi ⁊ nũ
qꝫ mãdatũ tuũ ꝓteriui ⁊ nũqꝫ dediſti mihi
edũ vt cũ amicis meis epularer. ſꝫ p⁹qꝫ hic
fili⁹ tu⁹ q̃ deuorauit ſubaꝫ ſuã cũ meretrici

busvenit. occidiſti illi vitulũ ſaginatum.
At ipſe dixit illi. Fili tu ſemper mecũ es et
omnia mea tua ſunt epulari autẽ ⁊ gaude
re oportebat quia frater tuus hic mortu⁹
erat ⁊ reuixit. perierat ⁊ inuentus eſt.

## De adoleſcẽte querente quid faciẽdo vitã poſſideret. M. xix R. x. Lu. xviij.

Capitulum. xcv.

ABijt M. inde Jeſus et. R. cum in
greſſus eſſet in via. Et ecce. M.
vnus princeps. L. pcurrens. R.
et accedens. M. genu. R. flexo ante eum
interrogabat. L. et rogabat. R. illum di-
cens Magiſter. M. bone. R. quid. L. bo
ni. M. faciendo. L. vitam eternã poſſide
bo. Dixit ei Jeſus. Quid M. me interro
gas de bono? Unus eſt bon⁹ deus Nemo
R. L. bonus niſi ſolus deus. Si. M. au
tem vis ad vitam ingredi ſerua mandata
Precepta R. L. noſti? Dixit M. illi Que
Jeſus autẽ dixit illi. Non M. homicidiũ
R. L. facies. Non adulteraberis. Non fa
cies furtum. Non falſum teſtimoniũ di-
ces. Ne. R. fraudẽ feceris. Honora. M.
R. L. patrẽ tuum ⁊ matrẽ tuam. Diliges
M. proximũ tuum ſicut teipm. Dixit illi
adoleſcens. Hec. M. omnia. R. cuſtodi-
ui. L. a iuuentute mea. Quid. M. adhuc
mihi deeſt Jeſus. R. autẽ intuitus eſt eũ
dilexit eum. Quo. L. audito Jeſus ait.
Adhuc vnũ tibi deeſt. Si vis. M. perfe-
ctus eſſe vade et. M. vende. R. L. omnia
que habes ⁊ da pauperibus ⁊ habebis the-
ſaurũ in celo ⁊ veni et ſequere me. Cũ M.
autẽ audiſſet adoleſcens verbũ. contriſta-
tus in verbo abijt M. R. triſtis. M. ⁊ me
rens R. Erat. M. R. enĩ habens multas
poſſeſſiones. et diues. L. valde. Uidens
autẽ Jeſus triſtẽ factũ ait diſcipulis. M.
ſuis. R. Quam. R. L. difficile qui pecu-
niam habẽt in regnũ dei intrabũt. Amen
M. dico vobis quia diues difficile intra-
bit in regnũ celorũ. Diſcipuli. R. autẽ ob
ſtupeſcebãt in verbis eius. At Jeſus rur-
ſus reſpondẽs ait illis. Filioli ꝙ difficile
eſt cõfidẽtes in pecunijs in regnũ dei in-
troire. Et iterũ. M. Dico vobis facilius
M. R. L. eſt camelũ per foramẽ acus trã
ſire ꝙ diuitẽ intrare in regnũ celorũ. in re-
gnum. R. L. dei. Auditis. M. autẽ his
diſcipuli mirabant valde. Quidã. R. qui
L. hoc audiebant magis admirabant di
centes. M. R. L. ad ſeipſos. R. et. L. qs
M. poteſt ſaluus fieri? Et intuẽs. R. M
illos Jeſus ait illis. Apud. M. homines
hoc impoſſibile eſt/ ſed apud deũ omnia
poſſibilia ſunt. que. L. impoſſibilia ſunt
apud hoĩes. poſſibilia ſunt apud deum.

## De interrogatõne Petri Ecce nos reliqmus omnia quid ergo erit nobis M. xix. R. x. L. xviij.

Capitulum. xcvi.

TUnc. M. reſpondẽs Petrus ce-
pit. R. ei dicere. Ecce. M. nos. R
reliqmus. M. omnia ⁊ ſecuti ſu-
mus te. quid. M. ergo erit nobis. Reſpõ
dens. R. Jeſus ait eis. L. Amen. M. di
co vobis q vos qui ſecuti eſtis me in rege
neratiõe cum ſederit filius hoĩs in ſede
maieſtatis ſue. ſedebitis et vos ſup ſedes
duodecim iudicantes duodecim trib⁹ iſra
el. Et omĩs qui reliquerit domũ. R. L. vl
fratres aut ſorores aut patrẽ aut matrem
aut vxorẽ aut filios aut. M. agros. R. L
propter. M. nomen meũ. propter. R. me
et propter euangeliũ et. L. propter regnũ
dei. centuplũ. M. accipiet multo. L. plu
ra nunc. R. in hoc. L. tempe domos fra
tres ⁊ ſorores ⁊ ſe et matrẽ et filios ⁊ agros
cum pſecutõnibus et. R. in ſeculo futuro
vitam eternã poſſidebit. M. Multi. R.
M. autem primi erũt nouiſſimi ⁊ nouiſſi
mi primi.

## De operarijs in vineam miſſis. M.

Capitulum. xcvij

SImile eſt regnum celorũ homini
patrifamilias qui exijt primo ma
ne conducere operarios in vineã
ſuam. Conuentiõe autẽ facta cum opera
rijs ex denario diurno miſit eos in vineã
ſuam. Et egreſſus circa horã tertiã vidit
alios ſtantes in foro ocioſos ⁊ dixit illis.
Jte ⁊ vos in vineam meã et quod iuſtum
fuerit dabo vobis/ illi autẽ abierunt. Jte
rum autẽ exijt circa horam ſextã ⁊ nonã
⁊ fecit ſimiliter. Circa vndecimã vero exijt
et inuenit alios ſtantes ⁊ dicit illis Quid
hic ſtatis tota die ocioſi? Dicunt ei qꝛ ne
mo nos conduxit Dicit illis Jte et vos in
vineã meam. Cum ſero factum eſſet dicit

dominus vinee pcuratoꝛi ſuo. Voca ope
rarios ⁊ redde illis mercedē incipiēs a no
uiſſimis vſqꝫ ad primos. Cū veniſſent er
go qui circa vndecimā hoꝛam venerāt ac
ceperūt ſingulos denarios Venientes aūt
et primi arbitrati ſunt ꝙ plus eſſent acce/
pturi. Acceperunt autē ⁊ ipſi ſingulos de
narios. Et accipientes murmurabāt ad/
uerſus patrēfamilias dicētes. Hi nouiſ/
ſimi vna hoꝛa fecerūt ⁊ pares illos nobis
feciſti qui poꝛtauim⁹ pōdus diei ⁊ eſtus?
At illi reſpondens vni eoꝛū dixit. Amice
non facio tibi iniuriā. Nonne ex denario
conueniſti mecū. tolle quod tuū eſt et va/
de. Volo aūt et huic nouiſſimo dare ſicut
et tibi Aut nō licꝫ mihi facere quod volo?
An oculus tuus nequā eſt qꝛ ego bonus
ſum. Sic erūt nouiſſimi primi ⁊ pmi no/
uiſſimi. Multi ſunt eni vocati pauci ve/
ro electi.

## De interrogatōne

facta chriſto ſi pauci fiant ſalui et ꝙ hero/
des querebat eū occidere. L. xiij.

Capitulum. xcviij.

Ibat per ciuitates ⁊ caſtella do
cens ⁊ iter faciens in hieruſalem.
Ait autē illi quidam. Domine ſi
pauci ſunt q̄ ſaluantur? Iterū autē dixit
ad illos. Cōtendite intrare per anguſtaꝫ
poꝛtā quia multi dico vobis querēt intra
re ⁊ non poterūt. Cum autē intrauerit pa
terfamilias ⁊clauſerit oſtiū incipietis fo/
ris ſtare et pulſare oſtiū dicētes. Domine
aperi nobis. ⁊ reſpōdens dicet vobis. Ne
ſcio vos vnde ſitis. Tūc incipietis dicere
māducauimus coꝛā te ⁊ bibimus ⁊ in pla
teis noſtris docuiſti ⁊ dicet vobis. Neſcio
vos vnde ſitis. Diſcedite a me omēs opa
rij iniq̄tatis. ibi erit fletus et ſtridoꝛ denti
um. Cū videritis abraā ⁊ yſaac ⁊ iacob et
omēs pphetas in regno dei. vos aūt expel
li foras. Et venient ab oriente ⁊ occiden/
te ⁊ aquilone ⁊ auſtro ⁊ accūbent in regno
dei. Et ecce ſunt nouiſſimi qui erāt pmi.
et ſunt primi q̄ erant nouiſſimi. In ipſa
autē die acceſſerunt quidā phariſeoꝛū di/
centes illi. Exi ⁊ vade hinc herodes vult
te occidere. Et ait illis. Ite ⁊ dicite vulpi
illi. Ecce eijcio demonia ⁊ ſanitates perfi
cio hodie ⁊ cras ⁊ tertia die cōſumoꝛ. Ve/
runtamē opoꝛtet me hodie ⁊ cras ⁊ ſequē/
ti die ambulare quia nō capit pphetam pi

re extra hieruſalem.

## De idropico ſana

to et de exhoꝛtatōne chriſti ad humilita/
tem. L. xiiij.

Capitulum. xcix.

Et factū eſt cum intraret in domū
cuiuſdā principis phariſeoꝝ ſab
bato manducare panem. ⁊ ipſi ob/
ſeruabāt eū Et ecce hō quidaꝫ ydropicus
erat ante illum. Et reſpōdens Jeſus dixit
ad legiſperitos ⁊ phariſeos dicens. Si li/
cet ſabbato curare? At illi tacuerunt. Ipſe
vero apprehenſum ſanauit eum ac dimi/
ſit. Et reſpōdens ad illos dixit. Cui⁹ ve/
ſtrum aſinus aut bos in puteū cadet ⁊ nō
cōtinuo extrahet illuꝫ die ſabbati? Et nō
poterant ad hoc reſpondere illi. Dicebat
autē et ad inuitatos parabolā intendens
quomodo pmos accubit⁹ eligerēt dicens
ad illos. Cum inuitat⁹ fueris ad nuptias
non diſcumbas in pmo loco ne foꝛte ho/
noꝛatioꝛ te ſit inuitatus ab illo. et veniēs
qui te et illū vocauit dicat tibi. Da huic
locum ⁊ tūc incipias cum ruboꝛe nouiſſi
mū locum tenere. Sed cum vocatus fue/
ris vade et recumbe in nouiſſimo loco vt
cum venit qui te inuitauit dicat tibi Ami
ce aſcende ſuperius/ tūc erit tibi gloꝛia co
ram ſimul diſcumbētibus. quia omīs q̄
ſe exaltat humiliabitur/ et qui ſe humiliat
exaltabitur.

## De vocandis pau

peribus ad conuiuiū et parabola de cena
magna. Lu. xiij.

Capitulū. c.

Dicebat autē et ei qui ſe inuitaue/
rat. Cum facis prandiū aut cenā
noli vocare amicos tuos neqꝫ fra
tres tuos/ neqꝫ cognatos neqꝫ vicinos di
uites ne foꝛte et ipſi te reinuitent et fiat ti
bi retributio. Sed cū facis conuiuiū vo
ca paupes debiles claudos cecos et beat⁹
eris quia nō habent retri
buere tibi. retribuetur eni
tibi in reſurrectōne iuſto
rum. Hec cum audiſſet
quidam de ſimul diſcum
bentibus dixit illi. Bea/
tus qui manducat panē
in regͤ dei At ipſe dixit Hō
quidā fecit cenā magnā ⁊
vocauit multos Et miſit

Si fuerit
hec eadē pa
bola cuꝫ illa
q̄ ponit in/
fra Mathei
viceſio ſcdo
capitulo gre
goꝛius relin
quit ſub du
bio dicēs ꝙ

ſeruũ ſuum hora cene di-
cere inuitatis vt venirent
quia iã parata ſunt oĩa
Et ceperũt ſimul omnes
ſe excuſare. Primus dixit
illi. Villam emi ⁊ neceſſe
habeo exire ⁊ videre illã/
rogo te habe me excuſatũ
Et alter dixit. Juga boũ
emi quinqꝫ et eo probare
illa. rogo te habe me excuſatum. Et alius
dixit. Vxorẽ duxi et ideo nõ poſſum veni
re. Et reuerſus ſeruꝰ nũciauit hec domĩo
ſuo. Tunc iratus paterfamilias dixit ſer-
uo ſuo. Exi cito in plateas ⁊ vicos ciuita
tis et paupes ⁊ debiles cecos ⁊ claudos in
troduc huc. Et ait ſeruus. Dñe factuꝫ eſt
vt imperaſti. ⁊ adhuc locus eſt. Et ait do-
minꝰ ſeruo. Exi in vias et ſepes ⁊ cõpelle
intrare vt impleat̃ domus mea. Dico au-
tem vobis ꝙ nemo virorũ illorũ qui voca
ti ſunt guſtabit cenam meã.

mauult alieno itellectui vel ſenſui cedere ꝗꝫ contentõi deſeruire. et dat modum cõcordãdi ſi dicatur eadem vide.

## De odiendis parẽtibus propter chriſtũ. L.xiiij.

Capitulum.ci.

Erant autẽ turbe multe cũ eo ⁊ cõ
uerſus dixit ad illos. Si quis ve-
nit ad me et nõ odit patrẽ ſuum ⁊
matrẽ et vxorẽ ⁊ filios ⁊ fratres et ſorores
adhuc autẽ ⁊ animã ſuã non poteſt meus
eſſe diſcipulus. Et qui nõ baiulat cruceꝫ
ſuam ⁊ venit poſt me/ nõ poteſt meus eſſe
diſcipulus. Quis eni ex vobis volẽs tur-
rim edificare. Nonne prius ſedens cõpu
tat ſumptus qui neceſſarij ſunt ſi habeat
ad perficiẽdũ/ ne poſtea ꝗꝫ poſuerint fun-
damentũ/ ⁊ non potuit ꝑficere oĩes qui
vident incipiãt illudere ei dicentes/ quia
hic homo cepit edificare ⁊ nõ potuit con-
ſummare? Aut quis rex iturus cõmittere
bellum aduerſus aliũ regem. Nõne ſedẽs
prius cogitat ſi poſſit cum decẽ milibus
occurrere ei qui cũ viginti milibus venit
ad ſe? Alioquin adhuc illo longe agẽte le
gatõnem mittẽs rogat ea que pacis ſunt.
Sic ergo oĩs ex vobis qui nõ renunci
at oĩbus que poſſidet nõ poteſt meus
eſſe diſcipulus. Bonũ eſt ſal. Si autẽ ſal
euanuerit in quo condiet̃? neqꝫ in terram
neqꝫ in ſterquiliniũ vtile eſt ſed foras mit
tetur. Qui habet aures audiendi audiat.

## De villico iniquitatis. L.xvi.

Capitulum.cij.

Jcebat autẽ ⁊ ad diſcipulos ſuos
Homo quidã erat diues qui ha-
bebat villicũ ⁊ hic diffamatus eſt
apud illũ quaſi diſſipaſſet bona ipſius. ⁊
vocauit illum ⁊ ait illi. quid hoc audio de
te? Redde ratõnem villicatõnis tue. Jam
eni non poteris vltra villicare. Ait auteꝫ
villicus intra ſe. q̃d faciã quia dominꝰ me
us aufert a me villicatõem? Fodere nõ va-
leo mendicare erubeſco. Scio quid faci-
am. vt cũ amotus fuero a villicatõne reci-
piant me in domos ſuas. Cõuocatis au
tem ſingulis debitoribꝰ domini ſui dice-
bat primo. quantũ debes domino meo?
At ille dixit. centũ cados olei. Dixitqꝫ il-
li. Accipe cautõnem tuã et ſede cito ſcribe
quinq̃ginta. Deinde alio dixit. Tu vero
quantũ debes? Qui ait. Centũ choros tri-
tici. Ait illi. Accipe literas tuas/ et ſcribe
octoginta. Et laudauit dominꝰ villicum
iniquitatis/ quia prudẽter feciſſet. quia fi
lij huius ſeculi prudẽtiores filijs lucis in
generatõne ſua ſunt. Et ego vobis dico.
Facite vobis amicos de mãmona iniqui-
tatis. vt cum defeceritis recipiant vos in
eterna tabernacula. Qui fidelis eſt in mi
nimo ⁊ in maiori fidelis eſt. ⁊ qui in mo-
dico iniquꝰ eſt/ et in maiori iniquus eſt.
Si ergo in iniquo mãmonã fideles non
fuiſtis quod veſtrũ eſt quis credet vobis?
Et ſi in alieno fideles nõ fuiſtis quod ve-
ſtruꝫ eſt. quis dabit vobis. Nemo ſeruus
poteſt duobus dominis ſuire/ aut enim
vnũ odiet ⁊ alterũ diliget. aut vni adhere
bit ⁊ alterum cõtemnet. Nõ poteſtis deo
ſeruire ⁊ mãmone. Audiebãt autem om-
nia hec phariſei qui erant auari et deride
bãt illum. Et ait illis. Vos eſtis qui iuſti
ficatis vos corã hominibꝰ. Deus autem
nouit corda veſtra. quia quod hominibꝰ
altũ eſt abominatõ eſt apud deum. Lex ⁊
prophete vſqꝫ ad Johannẽ. Ex eo regnũ
dei euangeliſat̃ et oĩs in illud vim facit
Facilius eſt eni celum ⁊ terrã preterire ꝗꝫ
de lege vnũ apicem cadere. Omnis qui
dimittit vxorem ſuam ⁊ ducit alteraꝫ me-
chatur/ et qui dimiſſam a viro ducit me-
chatur.

Sequitur.ciij.capitulũ.

## De diuite epulone. L. xvi Capitulum. ciij

Omo q̄dā erat diues ⁊ induebať
b purpura ⁊ biſſo et epulabatur q̄ti
die ſplēdide. Et erat q̄dā mendic⁹
nomine lazarus q̄ iacebat ad ianuā eius
vlceribus plenus cupiens ſaturari de mi
cis que cadebāt de menſa diuitis ⁊ nemo
illi dabat. ſed ⁊ canes veniebāt ⁊ lingebāt
vlcera eius. Factū eſt autē vt moreref mē
dicus ⁊ portareť ab angelis in ſinū Abrae
Mortuus eſt autē ⁊ diues ⁊ ſepultus eſt
in inferno Eleuās autē oculos cū eſſet in
tormētis vidit abraam a longe. ⁊ lazaꝝ in
ſinu ei⁹ Et ipſe clamans dixit Pater abra
am miſerere mei. ⁊ mitte lazarū vt intigat
extremū digiti ſui in aquā vt refrigerꝫ lin
guam meā qꝛ crucioꝛ in hac flāma. Et di
xit illi abraam. Fili recordare qꝛ recepiſti
bona in vita tua. et Lazarus ſimilr̄ mala.
Nunc autē hic conſolať. tu vero cruciarꝭ.
Et in his om̄ibus inter nos ⁊ vos chaos
magnū firmatū eſt vt hi qui volūt hinc trā
ſire ad vos nō poſſint neq̃ inde huc trāſ
meare. Et ait rogo te ergo pater vt mittas
eum in domū patris mei. habeo eni q̄nq̃
fratres vt teſteť illis ne ⁊ ipſi veniāt in lo
cum hūc tormentoꝝ. Et ait illi Abraam.
Habent Moyſen ⁊ ꝓphetas. audiāt illos
At ille dixit. Non pať abraā ſed ſiquis ex
mortuis ierit ad eos. penitentiā agēt Ait
autē illi. Si moiſen ⁊ ꝓphetas nō audiūt
neq̃ ſi q̄s ex mortuis reſurrexerit credent.

## De petitione diſcipuloꝝ vt augeať eis fides. L. xvij. Capitulum. ciiij.

e Et dixerūt apl'i domino. Adauge
nobis fidē. Dixit autē dominus.
Si haberetis fidē ſicut granū ſinapis. di
ceris huic arbori moro. eradicare ⁊ explā
tare in mare. ⁊ obediret vobis. Quis autē
veſtrū habens ſeruū arantē aut oues pa
ſcentē qui regreſſo de agro dicit illi ſtatim
tranſi recūbe. et dicat ei Para q̄ cenem et
precinge te. ⁊ miniſtra mihi donec man
ducem ⁊ bibā ⁊ poſt tu manducabis ⁊ bi
bes: Nunq̄d gratiā habet ſeruo illi/ quia
fecit que ſibi imparauerat: Non puto. Sic
⁊ vos cū feceritis om̄ia que precepta ſunt
vobis. dicite ſerui inutiles ſum⁹ quod de
buimus facere fecimus.

## De encenijs quando voluerunt Jeſum lapidare iudei. J. x. Capitulum. cv.

f Acta ſunt autē encenia in hiero
ſolimis ⁊ hyems erat. Et ambula
bat Jeſus in templo in porticu ſalomo
nis. Circundederūt ergo eum iudei. ⁊ di
xerunt ei. Quouſq̃ animā noſtrā tollis:
Si tu es chriſtus dic nobis palam: Re
ſpondit eis Jeſus Loquoꝛ vobis ⁊ nō cre
ditis. Opera que ego facio in nomie pa
tris mei hec teſtimoniū perhibent de me.
ſed vos non creditis/ quia nō eſtis ex oui
bus meis. Oues mee vocem meā audiūt
et ego agnoſco eas ⁊ ſequūtur me ⁊ ego vi
tam eternā do eis ⁊ nō peribūt in eternū/
et nō rapiet eas quiſq̃ de manu mea. Pa
ter me⁹ quod dedit mihi maius om̄ibus
eſt et nemo poteſt eas rape de manu patrꝭ
mei. Ego et pater vnū ſumus. Suſtule
rūt ergo lapides iudei vt lapidarēt eum.
Reſpōdit eis Jeſus Multa bona opa oſt
di vobis ex patre meo. propter quod hoꝝ
opus me lapidatis: Reſpōderūt ei iudei
propter bonū opus nō lapidamus te ſed
de blaſphemia/ ⁊ quia tu homo cum ſis.
facis teipm̄ deum. Reſpondit eis Jeſus.
Nonne ſcriptū eſt in lege veſtra. Ego di
xi dij eſtis. Si illos dixit deos ad quos
ſermo dei factus eſt: ⁊ nō poteſt ſolui ſcri
ptura quē pať ſanctificauit ⁊ miſit in mū
dum vos dicitis quia blaſphemat. qꝛ di
xi filius dei ſum. Si nō facio opa patris
mei nolite credere mihi. Si autē facio et
ſi mihi nō vultis credere. opibus credite.
vt cognoſcatis ⁊ credatis/ quia in me eſt
pater ⁊ ego in patre. Querebāt ergo eum
apphendere ⁊ exiuit de manib⁹ eorum Et
abijt iterum trās iordanē in eum locū vbi
erat Johānes primū ⁊ manſit illic. Et mľ
ti venerūt ad eum ⁊ dicebant/ quia Johā
nes quidem ſignū fecit nullum Om̄ia au
tem quecunq̃ dixit Johānes de hoc. vera
erant et multi crediderunt in eum.

## Incipiunt preambula paſſionis domini de ſuſcitatōne Lazari. Johan. xi. Capitulum. cvi.

Potuiſſꝫ hic fieri vna pꝛtio principalis quoniaꝫ inchoat occaſio proxima dn̄ice paſſionis.

Erat autē quidā languēs lazarus
a bethaīa de caſtello marie ⁊ mar-
the ſororū eius. Maria autē erat
que vnxit dn̄m vnguento ⁊ extersit pedes
eius capillis ſuis cuiꝰ frater lazarus infir
mabaꝛ. Miſerūt ergo ſorores eius ad eū
dicentes. Dn̄e ecce quē amas infirmatur
Audiēs autē Jeſus dixit eis. Infirmitas
hec nō eſt ad mortē ſʒ pro glīa domini vt
glorificeꝛ filius dei ꝑ eam. Diligebat aūt
marthā ⁊ ſororē eius Mariā ⁊ lazarū. Ut
ergo audiuit quia infirmabaꝛ tūc quidē
manſit in eodē loco duobus diebꝰ. dein-
de poſt hec dicit diſcipulis ſuis. Eamꝰ in
iudeā iterum. Dicunt ei diſcipuli Rabbi
nūc querebāt te iudei lapidare ⁊ iterū va-
dis illuc? Rn̄dit Jeſus. Nonne .xij. hore
ſunt diei? Si qs ambulauerit in die non
offendit qꝛ lucē huius mūdi videt Si au
tem ambulauerit in nocte. offendit qꝛ lux
nō eſt in eo. Hoc ait Et poſt hoc dicit eis
Lazarus amicus noſter dormit ſed vado
vt a ſomno exuſcitē illū. Dixerūt ergo di-
ſcipuli eius. Dn̄e ſi dormit ſaluꝰ erit. Di-
xerat autē Jeſus de morte eius Illi autem
putauerūt qꝛ de dormitōne ſomni diceret
Tūc ergo dixit Jeſus manifeſte. lazarus
mortuꝰ eſt/ſed gaudeo propter vos vt cre
datis quia nō eram ibi ſed eamꝰ ad eum.
Dixit ergo thomas qui diciꝛ didimus ad
condiſcipulos. Eamꝰ et nos ⁊ moriamur
cum eo Uenit igiꝛ Jeſus ⁊ inuenit eū q̄tu
or dies in monumēto iam habentē. Erat
autē bethania iuxta hieroſolimā q̄ſi ſta-
dijs .xv. Multi autē ex iudeis venerāt ad
marthā ⁊ Mariā vt conſolarenꝛ eas de fra
tre ſuo Martha autē vt audiuit quia Je-
ſus venit. occurrit ei Maria autē domi ſe-
debat. Dixit autē Martha ad Jeſum Do
mine ſi fuiſſes hic. frater meꝰ nō fuiſſʒ mor
tuus. ſed ⁊ nūc ſcio. qꝛ quecūqꝫ popoſcerꝭ
a deo dabit tibi deus. Dicit illi Jeſus. Re
ſurget frater tuꝰ. Dicit ei Martha. Scio
quia reſurget in reſurrectōe in nouiſſimo
die. Dicit ei Jeſus. Ego ſum reſurrectō ⁊
vita. qui credit in me etiāſi mortuꝰ fuerit
viuet Et om̄is qui viuit ⁊ credit in me. nō
morietur in eternū. Credis hoc? Ait illi.
Utiqꝫ domine Ego credidi qꝛ tu es chri
ſtus filiꝰ dei viui qui in hūc mundū veni-
ſti. Et cū hec dixiſſet. abijt ⁊ vocauit Ma
riam ſororē ſuā ſilentio dicens Magiſter
adeſt. ⁊ vocat te. Illa autē vt audiuit ſur-
rexit cito ⁊ venit ad eum. Nondū eni vene
rat Jeſus in caſtellū. ſed erat adhuc in illo
loco vbi occurrerat ei Martha. Judei igi
tur qui erāt cum ea in domo ⁊ ꝯſolabātur
eam cū vidiſſent Mariā quia cito ſurrexit
⁊ exijt. ſecuti ſunt eā dicentes qꝛ vadit ad
monumentū vt ploret ibi Maria ergo cū
veniſſet vbi erat Jeſus. Uidēs eum ceci-
dit ad pedes eius ⁊ dixit ei. Dn̄e ſi fuiſſes
hic frater meꝰ nō fuiſſet mortuꝰ Jeſus au
tem vt vidit eam plorantē ⁊ iudeos qui ve
nerāt cum ea plorātes. fremuit ſpū et tur-
bauit ſemetipm̄ ⁊ dicit vbi poſuiſtis eū?
Dicūt ei. Dn̄e veni et vide ⁊ lachrymatus
eſt Jeſus. Dixerūt ergo iudei. Ecce quo-
modo amabat eū. Quidā autē ex ipſꝭ dixe
runt. Non poterat hic qui oc̄los ceci nati
aperuit facere vt et hic nō moreretꝛ Jeſus
ergo rurſum fremēs in ſemetipſo venit ad
monumentū. Erat autē ſpelūca ⁊ lapis ſu
prapoſitꝰ erat ei. Ait Jeſus. Tollite lapi
dem. Dicit ei Martha ſoror eius q̄ fuerat
mortuꝰ Dn̄e iam fetet. quatriduanꝰ enim
eſt. Dicit ei Jeſus. Nonne dixi tibi ſi cre-
dideris videbis gloriā dei. Tulerūt ergo
lapidē Jeſus autē eleuatis ſurſum oculis
dixit Gratias tibi ago pater quoniā audi
ſti me. ego aūt ſciebā quia ſemꝑ me audis
ſed propter populū qui circunſtat dixi vt
credāt quia tu me miſiſti. Hec cū dixiſſet
voce magna clamabat Lazare veni foras
⁊ ſtatim ꝓdijt qui fuerat mortuꝰ ligatꝰ ma
nus ⁊ pedes inſtitis Et facies illius ſuda
rio erat ligata. Dicit ei Jeſus. ſoluite eū ⁊
ſinite abire. Multi ergo ex iudeis qui ve-
nerant ad mariā ⁊ viderāt que fecit credi-
derūt in eū. Quidā autē ex ipſis abierunt
ad phariſeos ⁊ dixerūt eis que fecit ieſus.

## De conſpiratōe facta cōtra Jeſum ⁊ eius egreſſu in effrem. Jo. xi. Capitulum .vij.

Collegerūt ergo pōtifices ⁊ phari
ſei conciliū. ⁊ dicebāt. Quid faci-
mꝰ quia hic homo multa ſigna facit. ſi di-
mittimꝰ eum. ſic om̄es credent in eū. ⁊ ve-
niēt Romani ⁊ tollent noſtrū locū ⁊ gen-
tē. Unus autē ex ipſis cayphas noīe cū
eſſet pōtifex anni illius dixit eis. Uos ne
ſcitis quicq̄ nec cogitatis qꝛ expedit vo-
bis vt vnus moriaꝛ homo pro pplo. ⁊ nō
tota gens peat. Hoc autē a ſemetipſo nō
dixit. ſed cū eſſet pōtifex anni illiꝰ ꝓphauit

quia Jeſus moriturus erat pro gente ⁊ non tm̃ pro gente ſed vt filios dei qui erãt diſperſi cõgregaret in vnũ. Ab illo ergo die cogitauerũt vt interficerẽt eum Jeſus autem iã non in palã ambulabat apud iudeos ſed abijt in regionẽ iuxta deſertũ in ciuitatẽ que dicit Effrem ⁊ ibi morabat cũ diſcipulis ſuis. Et abierũt multi ieroſolimã de regiõe ante paſcha vt ſanctificarẽt ſeipos. Querebãt ergo Jeſum ⁊ colloquebant adinuicẽ in templo ſtãtes Quid putatis quia nõ venit ad diẽ feſtũ? Dederãt autẽ pontifices ⁊ phariſei mandatũ vt ſi quis cognouerit vbi ſit indicet vt apprehendant eum.

## De aſcenſu Jeſu in hieruſalẽ. M. xx. R. x. L. xviij.

Capitulum. cviij

Erant. R. autẽ in via aſcendẽtes in hieroſolimã. et precedebat illos Jeſus. ⁊ ſtupebãt/ et ſequẽtes timebãt Et. M. aſcendẽs M. ieſus hieroſolimã aſſumpſit iterũ R. duodeci. M. R. diſcipulos. L. ſuos ſecreto cepit R. eis dicere que eſſent ei ventura Et. M. ait. R. illis. L. Ecce nos aſcendimus hieroſolimã ⁊ cõſummabũtur omnia que ſcripta ſunt per prophas de filio hominis. Tradet. M. R. enim principibus ſacerdotũ ⁊ ſcribis ⁊ ſenioribus. R. ⁊ condemnabũt. M. R. eum morte ⁊ tradẽt. M. R. illũ gentibus ad illudendũ ⁊ flagellandũ et crucifigendũ. ⁊. L. conſpuet R. Et poſtquã flagellauerint occidẽt eũ. ⁊. M. tertia. R. L. die reſurget. Et ipſi nihil horũ intellexerũt. ⁊ erat verbũ iſtud abſcõditũ ab eis: ⁊ nõ intelligebant que dicebãtur.

Quãuis ſub vno cõtextu ponant ſcḋm tria q̃ fuerit vnicus aſcẽſus chriſti in hieruſalẽ tñ probabilius ẽ fuiſſe diuerſos curſus ⁊ recurſus xp̄i in quibus facta ſequũtur vt magiſter Nyco. de ly. notat.

## De. x. leproſis ſanatis in via. L. xvij.

Capitulum. cix.

Et factũ eſt dũ iret in hieruſalẽ trãſibat per mediã ſamariã ⁊ galileam. ⁊ cũ ingrederet quoddã caſtellum occurrerũt ei decẽ viri leproſi. qui ſteterũt alonge ⁊ leuauerũt vocẽ dicentes. Jeſu preceptor miſerere noſtri. Quos vt vidit dixit. Ite oſtendite vos ſacerdotibus. Et factum eſt dũ irent mũdati ſunt. Unus autem ex illis vt vidit quia mũdatus eſt regreſſus eſt cũ magna voce magnificãs deũ. ⁊ cecidit in faciẽ ante pedes eius gratias agẽs. et hic erat ſamaritanus Reſpondẽs autẽ Jeſus dixit. Nonne decẽ mũdati ſunt. ⁊ nouem vbi ſunt? Non eſt inuẽtus qui rediret ⁊ daret gloriã deo niſi hic alienigena. ⁊ ait illi. Surge. vade quia fides tua ſaluũ te fecit.

## De non receptiõe chriſti per ſamaritanos. Luce. ix. Ca. cx.

Factũ eſt autẽ dum cõplerent dies aſſumptiõis eius ⁊ ipſe faciẽ ſuam firmauit vt iret in hieruſalẽ ⁊ miſit nũcios ante conſpectũ ſuũ. Et euntes intrauerũt in ciuitates ſamaritanorum vt pararẽt illi: ⁊ nõ receperũt eum quia facies eius erat eũtis in hieruſalẽ Cum autẽ vidiſſent diſcipuli eius Jacobus ⁊ iohannes dixerũt Dñe ſi vis dicimus vt ignis deſcendat de celo ⁊ cõſumat eos ſicut ⁊ helias fecit. Et cõuerſus increpauit eos dicẽs. Neſcitis cuius ſpũs eſtis. filius hominis nõ venit aĩas perdere ſed ſaluare ⁊ abierũt in aliud caſtellũ

## De petitione filiorum zebedei. M. xx. R. x.

Capitu. cxi.

Tunc M. acceſſit ad eũ mater filiorũ zebedei cũ filijs adorãs ⁊ petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis. Et R. accedũt ad eũ filij zebedei Jaco. ⁊ Joban. dicentes Magiſter volumus vt quodcũq3 petierimus facias nobis. At ille dixit eis quid vultis vt faciã vobis. ⁊ dixerũt Da nobis vt vnus ad dexterã ⁊ alius ad ſiniſtrã tuam ſedeamus in gloria tua. Ait. M. illi mater. Dic vt ſedeant hi duo filij mei vnus ad dexterã tuam ⁊ vnus ad ſiniſtram tuã in regno tuo. Reſpondẽs. M. R. autẽ Jeſus dixit eis. Neſcitis quid petatis. Poteſtis. M. R. bibere calicẽ quem ego bibo. R. bibiturus. M. ſum: aut baptiſmo. R. quo ego baptiſor baptiſari. At M. illi. R. dixerũt ei Poſſumus Ait illis Jeſus R. M. calicẽ quidẽ meũ bibetis et. R. baptiſmo quo baptiſor baptiſabimi. ſedere M. R. autẽ ad dexterã vel ſiniſtrã meam

Potuit verũ eſſe fieri quod et mater peteret ⁊ filij. vt dicũtur petiiſſe quia matrẽ mouerãt ad petendum iõ dominus reſpondit eis.

non eſt meū dare vobis ſed quib⁹ paratū
eſt a patre. M. meo. Et audiētes. M. R.
decem indignati ſunt de duobꝰ fratribꝰ ia
cobo R. ⁊ Iohāne Jeſus. M. autē. R. vo
cauit eos ad ſe ⁊ ait illis. Scitis. M. R.
quia. M. principes gentiū hi. R. qui vi-
dentur pricipari gētibus dominanꝰ eis. et
M. qui maiores ſunt poteſtatē exercent
in eos. Non ita. M. R. erit inter vos. ſed
M. quicunqꝫ. R. inter. M. vos voluerit
maior. R. fieri ſit. M. veſter miniſter. R.
Et R. quicūqꝫ voluerit inter vos primus
eſſe. erit. M. R. veſtrū. M. omniū. R. ſer
uus. M. R. ſicut. M. filius. R. hominis
nō venit miniſtrari ſed miniſtrare ⁊ aīam
ſuam dare redemptiōem pro multis.

## De illuminatione ceci ⁊ de zacheo ⁊ de decē mnis L. xviij. ⁊ xix. R. x.

Capitulum. cxij.

Actū. L. de. c. xviij. eſt autē cū ap
propinquaret Jeſus iericho. Ce-
cus quidā ſedebat ſecus viā men-
dicans ⁊ cū audiret turbā pretereuntē in-
terrogabat qd hoc eſſet. Dixerunt autē ei
ꝙ Jeſus nazarenꝰ trāſiret. Et clamauit ie
ſu fili dauid miſereri mei. Et q̄ preibāt in
crepabāt eū vt taceret. Ipe vero multo ma
gis clamabat fili dauid miſerere mei. ſtās
autē Jeſus iuſſit illū adduci ad ſe. Et cū
appropinquaſſet interrogauit illū dicēs.
quid vis vt faciā tibi? At ille dixit. Domi
ne vt videā. Et Jeſus dixit illi. Reſpice. fi-
des tua ſaluū te fecit Et confeſtim vidit. ⁊
ſequebaꝰ illū magnificās deum. Et omīs
plebs vt vidit dedit laudē deo ⁊ veniunt.
R. iericho. Et. L. de. c. xix. ingreſſus pam
bulabat iericho. Et ecce vir nomīe zache
us ⁊ hic erat princeps publicanorū ⁊ ipſe
diues. ⁊ querebat videre Jeſum q̄s eſſet et
nō poterat pre turba qꝛ ſtatura puſillus
erat. ⁊ p̄currens aſcēdit in arborē ſicomo-
rū vt videret illū. quia inde erat trāſiturus
Et cū veniſſet ad locū ſuſpiciēs Jeſus vi-
dit illū ⁊ dixit ad illū. zachee feſtinans de-
ſcende qꝛ hodie in domo tua oportet me
manere ⁊ feſtinās deſcendit ⁊ ſuſcepit illū
gaudēs in domū ſuā. Et cum videret om-
nes murmurabāt dicentes ꝙ ad hominē
peccatorē diuertiſſet. Stans autē zache-
us dixit ad dominū. Ecce dimidiū bono
rū meorꝫ dn̄e do paupib⁹ ⁊ ſi quid aliquē
defraudaui reddo quadruplū. Ait Jeſus
ad eū. quia hodie domui huic ſalus facta
eſt eo ꝙ et ipſe ſit filius abrae. Venit enī
filius homīs querere ⁊ ſaluū facere qđ pe
rierat. Hec illis audiētibus adijciens pa-
bolā dixit eo ꝙ ꝓpe hieruſalē eſſꝫ Et qꝛ eſti
marēt ꝙ confeſtim regnū manifeſtaretꝰ di-
xit ergo. Homo quidā nobilis abijt in re
gionē longinquā accipe
regnū ⁊ reuerti. Vocatis
autē decem ſeruis ſuis de
dit illis decē mnas ⁊ ait il
lis. Negotiamini dū ve-
nio. Ciues autē eius ode
rant illū ⁊ miſerūt legatio
nē poſt illū dicentes. Nolumꝰ hunc regna
re ſup nos. Et factū eſt cū rediret accepto
regno iuſſit vocari ſuos quib⁹ dederat pe
cuniā vt ſciret quantū quiſqꝫ negociatus
eſſet. Venit autē prim⁹ dicens. Dn̄e mna
tua decē mnas acquiſiuit. Et ait illi. Euge
ſerue bone qꝛ ī modico fidelis fuiſti. eris
poteſtatē habens ſupra decē ciuitates Et
alter venit dicēs. Dn̄e mna tua fecit qnqꝫ
mnas. Et huic ait ⁊ tu eſto ſup quinqꝫ ci-
uitates Et alter venit dicēs dn̄e ecce mna
tua quā habui repoſitā in ſudario. timui
enī te quia homo auſterus es tollis quod
nō poſuiſti ⁊ metis quod nō ſeminaſti. Di
cit ei de ore tuo te iudico ſue nequā Scie
bas ꝙ ego homo auſterus ſum tollēs qđ
non poſui ⁊ metēs quod nō ſeminaui Et
quare nō dediſti pecuniā meā ad menſam
⁊ ego veniens cū vſuris vtiqꝫ exegiſſem il-
lam? Et aſtantibus dixit. Auferte ab illo
mnā ⁊ date ei qui decē mnas habet. Et di
xerūt illi. Dn̄e decē mnas habet. Dico au
tē vobis quia omī habēti dabitꝰ ⁊ abūda-
bit. Ab eo autē qui nō habet ⁊ qđ hꝫ au-
ferꝰ ab eo. Veruntamē inimicos meos il
los qui noluerūt me regnare ſup ſe addu-
cite huc ⁊ interficite an̄ me. Et his dictis
precedebat aſcendēs hieroſolimā.

Conſonat illa parabola cū illa de talentis infra Mathei viceſimoqnto.

## De duobus cecis in egreſſu iericho ſanatis. M. xx. R. x.

Capitulum. cxiij.

e Tegredientibus. M. illis ab ieri-
cho ⁊ proficiſcen
te R. eo et diſcipulis eius
ſecuta. M. eſt eum turba
multa. Et ecce duo ceci ſe
dētes ſecus viā audierūt
ꝙ Jeſus tranſiret ⁊ clama

Marcus nominat hunc ſolum qꝛ famoſior erat vel non eſſet improbabile

uerũt dicentes Dñe miſe-rere noſtri fili dauid Fili-us. R. autem thymei bar thymeꝰ cecus ſedebat ſecꝰ viam mendicãs. Qui cũ audiſſet qꝛ Jeſus nazarenus eſt cepit clamare ⁊ dicere. Jeſu fili dauid miſe-rere mei. Turba. M. aũt increpabat eos vt taceret ⁊ cõminabant. R. multi. At. M. illi magis clamabant dicẽtes. Dñe miſerere noſtri fili dauid. et. R. ſtans. M. Jeſus vocauit M. eos ⁊ vocabãt R. cecũ dicentes ei. Animeq̄oꝛ eſto Surge vocat te. Qui piecto veſtimẽto ſuo exiliẽs venit ad eum. Et ait. M. Jeſus. R. Quid. M vultis vt faciã vobis. Dicũt dñe Raboni R. vt. M. apiant oculi noſtri. Miſertus autẽ eorũ Jeſus tetigit oculos eorum Jeſus autẽ dixit. Vade fides tua te ſaluũ fecit. ⁊ cõfeſtim M. viderũt ⁊ ſecuti ſunt eũ

Dicere ꝙ alia ſit hiſtoria Marci alia Mathei. ſicut diuerſis vicibus poſuit Jheſus egredi de iericho ⁊ ſanare nũc duos nunc vnũ cecũ Jdeo ſuppleat hic intelligẽtia lectoris modũ loquẽdi nũc ad vnũ nunc ad duos.

## De alabaſtro vnguẽti. M. xxvi. R. xiiij. J. xij. Ca. cxiiij

JEſus J. ergo añ ſex dies paſce venit betha niã vbi fuerat lazarꝰ mortuꝰ quẽ ſuſcitauit Jeſus. Fecerũt autẽ ei cenaꝫ ibi in. R. domo ſymonis leproſi ⁊ Martha. J. miniſtrabat lazarꝰ vero erat vnus ex diſcũbentibꝫ. Et R. cũ diſcumberet veniẽs R. Mar. mulier Maria J. accepit librã vnguenti nardi piſtici ꝑcioſi ⁊ vnxit pedes Jeſu ⁊ exterſit capillis eius pedes Jeſu Et. R. fracto alabaſtro effudit ſuper caput ipſius recũbentis. M. ⁊ domus. J. repleta eſt ex odoꝛe vnguenti. Erant. R. autẽ quidã indigne ferẽtes intra ſemetipſos diſcipuli M. ⁊ dicentes R. Ut quid ꝑditio hec vnguẽti facta eſt: Dixit. J. ergo vnus ex diſcipulis ſuis Judas ſcariothis qui eũ erat traditurꝰ Quare hoc vnguẽtũ nõ venit trecentis denarijs ⁊ datũ eſt egenis: Poterat R. eni vnguentũ iſtud venundari multo. M. R. plus q̄ trecẽtis denarijs ⁊ dari paupibus. Dixit. J. autẽ hoc nõ. quia de egenis ꝑtinebat ad eũ ſed qꝛ fur erat ⁊ loculos habens ea que mittebãtur poꝛtabat. ⁊ fremebant R. in eam Sciẽs. M. autẽ Jeſus ait illis Sinite. L. illaꝫ vt in diem ſepulture mee ſeruet illud. Quid moleſti eſtis. M. huic mulieri: opus eni bonum opata eſt in me Semp eni paupes habetis vobiſcũ ⁊ cũ volueritꝭ. R. poteritis eis benefacere. me M. R. autēꝫ. J. non ſemp habebitis/ qđ habuit. R. hoc fecit preuenit vngere coꝛpus meũ in ſepulturã. mittens M. enim hec vnguentũ hoc in coꝛpus meũ ad ſepeliendũ me fecit. Amen M. dico. R. vobis vbicũq̄ predicatũ fuerit euãgeliũ hoc in toto mũdo et q̄ hoc fecerit narrabitur in memoꝛiam eius.

Non eſt hec hyſtoꝛia đ q̄ Lucas ſupra c. vij. et tres euangeliſte loquuntur ꝑ rememoꝛationẽ duꝫ hoc referũt ꝑ io die azimoꝝ.

Poteſt ſaluari hoc q̄ ſolꝰ Judas murmurabat ꝑ modum quo dicũt plures aliquid facere qñ vnꝰ ex eis male facit vel qꝛ ſolus male mouebatur. alij pie.

## De ſeſſione aſelli M. xxi. R. xi. J. xij Capi. cxv

COgnouit. J. ergo turba multa ex iudeis qꝛ illic eſſet ⁊ venerũt non propter Jeſum tm̃ ſed vt lazarum viderẽt quẽ ſuſcitauit a moꝛtuis. Cogitauerunt autẽ pꝛincipes ſacerdotũ vt ⁊ Lazarũ interficerẽt quia multi ꝑpter illũ abibant ex iudeis ⁊ credebãt in Jeſuꝫ. Jn craſtinũ autẽ turba multa que cõuenerat ad diem feſtũ cum audiſſet quia Jeſus venit hieroſolimã. acceperũt ramos palmarũ ⁊ proceſſerũt obuiã ei. Et factũ. L. eſt cũ appropinquaſſet Jeſus ad bethfage ⁊ bethaniã ad mõtem qui vocat oliueti miſit. M R. duos diſcipulos dicẽs illis. Jte in caſtellum qđ contra vos eſt Jn quod. L. introeũtes ſtatim inuenietis aſinã alligatã ⁊ pullum. L. R. aſine alligatũ cum ea cui nemo vnq̄ hoim ſedit. Soluite ⁊ adducite illũ Et. L. ſiquis vos interrogauerit quare ſoluitis. ſic dicetꝭ ei quia dominꝰ operã eiꝰ deſiderat ⁊ neceſſariꝰ. R. eſt. et dominus M. his opus hꝫ ⁊ cõfeſtim dimittere eos Hoc autẽ factũ eſt vt adimpleretur qđ dictũ eſt per prophetã. R. dicentẽ. Dicite filie ſyon. Ecce rex tuus

Gloſa.

Sequuntur hic euãgeliſte diuerſas trãſlatõnes illius q̄ habet zacharie ix. put ei voluit ſpũſſcũſ trãſlatõnem

venit tibi manſuetus ſedens ſup aſinā ⁊ pullum filiū ſubiugalis. Noli. J. timere filia ſyon Ecce rex tuus venit ſedēs ſup pullum aſine Hec nō cognouerūt diſcipuli eius pmū ſed quando gloꝛificat⁹ eſt Jeſus. tūc recoꝛdati ſunt quia hec ſcpta erāt de eo ⁊ hec fecerūt ei. Euntes. M. autē diſcipuli fecerūt ſicut precepit eis ieſus. Et. R. inuenerunt pullū alligatū ante ianuā foris in biuio ⁊ ſoluerunt eū. Soluētibus. L. autē illis pullū dixerūt dñi eius ad illos/ quid ſoluitꝭ pullū. At illi dixerūt ſicut. R precepit eis Jeſus. qꝛ. L. dñs eū neceſſariū habet. R. et dimiſerūt eis ⁊ adduxerūt M. aſinam ⁊ pullū ⁊ impoſuerūt ſup eos veſtimenta ſua et eū deſup ſedere fecerūt.

¶ ſeptuaginta venire ad gētes ita voluit vt trāſferret et hoc videlʒ cet p ſatiſfactione oīm ī quibus ſeptuaginta defecerunt ab hebraica veritate.

Eunte L. autē illo plurima. M. turba ſtrauerunt veſtimēta ſua in viā autē ramos de arboꝛib⁹ cedebāt ⁊ ſternebāt ī via. Turbe autē aque pcedebāt ⁊ q̄ ſequebanť clamabāt dicētes. Oſanna filio dauid. Benedictus q̄ venit in noīe dñi. ⁊. R. bñdictū quod venit regnū patris nr̄i dauid oſanna in excelſis Et cū appꝛopinq̄ret iā ad deſcenſum mōtis oliueti ceperūt omnes turbe deſcendiū gaudētes laudare deum voce magna ſup oīnibus quas viderant virtutib⁹ dicētes. Benedict⁹. J. qui venit in noīe domini. pax in celo ⁊ gloꝛia in excelſis. Benedictus q̄ venit in nomīe dñi rex iſrael. Teſtimoniū ergo phibebat turba q̄ erat cum eo quādo lazaꝝ vocauit de monumēto ⁊ ſuſcitauit eū a moꝛtuis ppterea ⁊ obuiā venit ei turba quia audierunt eū feciſſe hoc ſignū Phariſei ergo dixerūt ad ſemetipos Videtis quia nihil pficim⁹. Ecce mūdus totus poſt eum abijt Et quidā. L. phariſeoꝝ de turbis dixerunt ad illū. Magiſter increpa diſcipl'os tuos. Quib⁹ ipſe ait. Et ſi hi tacuerint lapides clamabūt.

¶ Gloſa Accipiendū eſt q̄ ſucceſſiue ſederit dñs ſup aſinam ⁊ pullū

## ¶ De fletu Jeſu ſuper ciuitatē et eiectōe vendentiū. M. xxi. R. xi. Lu. xix.

¶ Capitulum. cxvi.

Et. L. vt appꝛopinquaret vidēs ciuitatē fleuit ſup illā dicēs Quia ſi cognouiſſes ⁊ tu. Et quidem in hac die tua que ad pacē tibi. Nūc autē abſcondita ſunt ab oculis tuis. qꝛ venient dies in te. ⁊ circundabūt te inimici tui vallo ⁊ circundabūt te ⁊ coanguſtabūt te vndiqꝫ ⁊ ad terrā proſternēt te ⁊ filios tuos/ qui in te ſunt. ⁊ nō relinquēt in te lapidē ſup lapidē eo q̄ nō cognoueris temp⁹ viſitatōnis tue. Et R. introiuit hieroſolimā Et cum. M. intraſſet cōmota eſt vniuerſa ciuitas dicēs. Quis eſt hic? Populi āt dicebāt. Hic eſt Jeſus pꝛpheta a nazareth galilee Et intrauit Jeſus in templū dei et eijciebat oīnes vendētes ⁊ emētes in illo. L. de templo. M. et mēſas numulariorū et cathedras vendentiū columbas euertit ⁊ nō. R. ſinebat vt quiſqꝫ trāſferret vas p templū Et docebat eos dicēs. Nōne. R. M. ſcriptū eſt: Domus mea dom⁹ orōnis vocabitur cūctis. R. gētibus? Vos. M. autē R. feciſtis eam ſpeluncā latronū Et acceſſerūt. M. ad eum ceci ⁊ claudi in templo et ſanauit eos Vidētes autē principes ſacerdotū mirabilia que fecit ⁊ pueros clamātes in templo/ ⁊ dicētes. Oſanna filio dauid indignati ſunt ⁊ dixerūt ei: Audis quid iſti dicūt? Jeſus aūt dixit eis Utiqꝫ Nunqꝫ legiſtis. Ex oꝛe infantiū deus ⁊ lactentiū pfeciſti laudē. Et. L. erat quotidie docēs in templo. Principes autē ſacerdotū ⁊ ſcribe ⁊ principes plebis querebant illū pderez nō inueniebāt quid facerent ei. Oīnis enim populus ſuſpenſus erat audiens illum.

¶ Hec fuit electio ſecundalis hyſtoria ſcolaſtica vʒ deaſ cū hac miſcere priuiū. ō qua ſupra Jo. ſcdo ⁊ miſcet hyſtoriā de Nicodemo.

## ¶ De gentibus querentib⁹ videre Jeſum ⁊ de predicatiōe ei⁹ J. xij. Et regreſſu eius in bethaniam. M. xxi. R. xi.

¶ Capitulum. cxvij

ERant J. autem gentiles quidā ex his qui aſcēderat vt adoꝛarēt in die feſto. Hi ergo acceſſerunt ad philippū qui erat in bethſaida galilee: et rogabāt eum dicētes. Dñe volum⁹ Jeſuz videre. Venit Philippus ⁊ dixit andree Andreas rurſum ⁊ philippus dixerūt Jeſu. Jeſus autē rn̄t eis dicēs. Venit hoꝛa

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

vt clarificet filius hoīs. Amen amen dico vobis. Niſi granū frumenti cadēs in terrā mortuū fuerit ipm ſolum manet. Si autē mortuū fuerit multū fructum affert. Qui amat animā ſuā perdet eā: ⁊ qui odit animā ſuā in hoc mūdo in vitā eternā cuſtodit eam. Si ꝗs mihi miniſtrat me ſeqtur. ⁊ vbi ego ſum illic ⁊ miniſter meꝰ erit. Si quis mihi miniſtrauerit honorificabit eum pater meꝰ qui eſt in celis Nūc anima mea turbata eſt. ⁊ quid dicā: Pat ſaluifica me ex hac hora ſ; propterea veni in hanc horā. pater clarifica nomē tuum alias filiū tuū. Venit ergo vox de celo ⁊ clarificaui ⁊ iterū clarificabo Turba ergo que ſtabat ⁊ audierat dicebat tonitruū factuȝ eſſe. Alij dicebant. Angelꝰ ei locutus eſt. Reſpōdit Jeſus ⁊ dixit Non ꝑpter me vox hec venit ſed propter vos. Nūc iudiciū eſt mūdi. nūc princeps huiꝰ mundi eijcietur foras. ⁊ ego ſi exaltatus fuero a terra omnia trahā ad meipm. Hoc autē dicebat ſignificās qua morte erat moriturꝰ. Reſpōdit ei turba. Nos audiuimꝰ ex lege/ quia xp̄s manet in eternū. ⁊ quomodo tu dicis oportet exaltari filiū hoīs: Quis eſt filius hoīs: Dixit ergo eis Jeſus. Adhuc modicū lumen in vobis eſt Ambulate dū lucem habetis vt nō tenebre vos cōprehēdant. Et qui ambulat in tenebris neſcit quo vadit. Dum lucē habetꝫ credite in lucem vt filij lucis ſitis. Hec locutus eſt Jeſus ⁊ abijt ⁊ abſcondit ſe ab eis Et relictis M. illis ⁊ circūſpectis. R. oībus cū iaȝ veſpa eſſet hora exijt in bethaniā cum. xij foras. M. extra ciuitatē ibiq; māſit ⁊ docebat eos de regno dei.

## De ficulnea areſacta. M. xxi. R. xi. Capitulum. cxviij

Talia. M. die. R. cum exiret de bethania mane. M. reuertens in ciuitatē eſurijt. Cumq; R. vidiſſ; a longe ficū ſecus. M. viā habentē. R. folia venit ad eū. M. ſi quid. R. forte in ea inueniret Et cū veniſſet nihil inuenit preter folia. Non eni erat tempus ficorū. Et reſpondēs dixit illi. Nunq;. M. ex te fructus naſcať in eternū No R. amplius in eternuȝ ex te quiſq; fructus māducȝ Et areſacta. M. eſt continuo ficulnea. Et vidētes diſcipuli ficū. R. aridam factā a radicibus mirati. M. ſunt dicentes. Quomodo cōtinuo aruit. Et recordatus Petrꝰ dixit ei Rabbi Ecce ficus cui maledixiſti aruit. Reſpōdēs autē Jeſus ait. Habete fidem dei. Amen. M. dico. R. vobis ſi habueritis fidē ⁊ nō heſitaueritis nō ſolum de ficulnea facietis ſed ⁊ ſi mōti huic dixeritis. tolle te et iacta te in mare ita fiet Propterea. R. dico vobis. Oīa quecūq; orātes petitis credite quia accipietis ⁊ veniēt vobis. Et cū ſtabitis ad orandū dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquē vt ⁊ pater veſter qui in celis eſt dimittat vob peccata veſtra.

Dicit Aug. ꝙ tertia die mirati ſunt ita ꝙ ſecūda die ſcilicȝ lune ficulnea fuit areſacta et non dūtaxat ſtē aliqui dicūt Et ly. cōtinuo refert ad diē pcedētem.

## De queſtione baptiſmi Johānis. M. xxi. R. xi. L. xx. Capitulum. cxix.

T. M. cū veniſſet ī templū factū eſt vna dierū docente illo populū in templo ⁊ euangeliſante cōuenerūt ⁊ acceſſerūt. M. ad eū docentē pricipes ſacerdotū ⁊ ſcribe. L. cū ſenioribꝫ populi. M. dicētes. In qua poteſtate hec facis: et ꝗs dedit tibi hanc poteſtatē vt ita R. facias: Dic. L. nobis: Reſpōdēs. M. Jeſus. R dixit. L. Interrogo vos ⁊ ego vnū ſermonem quē ſi dixeritis mihi ⁊ ego vobis dicam in ꝗ poteſtate hec facio. Baptiſmus Johānis vnde erat: De celo an ex hominibus Reſpōdete. R. mihi. At M. illi. R. cogitabāt. L. intra ſe dicētes. Si dixerimꝰ de celo. dicet nobis quare ergo nō credidiſtis illi: Si autē dixerimꝰ ex hominibꝰ. timemꝰ turbam. Oēs eni habent iohannē ſicut prophetā. Et reſpōdentes ieſu dixerūt. Neſcimus. Ait illis ⁊ ipſe Neq; ego dico vobis in qua poteſtate hec facio.

## De duobus filiis quoꝝ vnus facit volūtatē patris M. xxi. Capitulum. cxx.

Quid autē vobis videtur. Homo quidā habebat duos filios ⁊ accedēs ad primū dixit. Fili vade hodie operari in vineā meā. Jlle autē reſpondēs Nolo. poſtea āt penitētia motꝰ abijt. Accedēs āt ad alteꝝ dixit ſilr At ille rn̄dēs ait. Eo domine et nō iuit. Quis ex duobꝫ iſtis fecit

voluntatē patris? Dicūt prim⁹ Dicit eis
ieſus. Amē dico vobis q̄ publicani ꝛ me
retrices p̄cedēt vos in regnū dei Venit āt
ad vos Johānes in via iuſticie ꝛ nō credi
diſtis ei. publicani autē ꝛ meretrices credi
derūt ei. Vos autē videntes nec peniten
tiā habuiſtis poſtea vt crederetis ei.

## De iudice iniquitatis ꝛ de phariſeo ꝛ publicano. L. xviij.

Capitulum. cxxi.

Dicebat autē ꝛ parabolā ad illos
quoniā oportet ſemp orare ꝛ non
deficere dicēs. Judex quidā erat in ciuita
te quadā qui deū nō timebat ꝛ hoīem nō
reuerebat. Vidua autē quedā erat in ciui
tate illa ꝛ veniebat ad eū dicēs. Vindica
me de aduerſario meo ꝛ nolebat p multū
temp⁹ Poſt hec autē dixit intra ſe. Etſi de
um nō timeo nec hoīem. reuereor: tñ quia
moleſta eſt mihi hec vidua. vindicabo eā
ne in nouiſſimo veniēs ſuggillet me. Ait
autē domin⁹. Audite quid iudex iniqui-
tatis dixit. Deus autē nō faciet vindictā
electorū ſuorū clamantiū ad ſe die ac no-
cte ꝛ patientiā habebit in illis? Dico vob
q̄ cito faciet vindictā illoꝝ. Veruntñ fili
us hoīs veniēs putas inueniet fidē ſu-
p terrā? Dixit aūt ꝛ ad q̄ſdam q̄ in ſe confi
debāt tanq̄ iuſti ꝛ aſpernabant ceteros pa
bolā iſtam dicēs. Duo hoīes aſcenderūt
in templū vt orarēt. vnus phariſe⁹ ꝛ alter
publican⁹. Phariſeus ſtās hec apō ſe ora
bat. Deus gratias tibi ago q̄ nō ſum ſic
ceteri hoīm. raptores iniuſti. publicani.
adulteri velut etiā hic publican⁹. Jeiuno
bis in ſabbato decimas do oīm que poſſi
deo Et publican⁹ a lōge ſtans nolebat nec
oculos ad celū leuare ſed pcutiebat pect⁹
ſuū dicēs. Deus ꝓpicius eſto mihi peccatori
Dico vobis. deſcēdit hic iuſtificat⁹ in do-
mū ſuam ab illo. q̄ oīs q̄ ſe exaltat hu-
miliabit. et qui ſe humiliat exaltabitur

## De parabola locate vinee agricolis. M. xxi. R. xij. L. xx.

Capitulum. cxxij

Aliam. M. pabolā audite. Cepit
R. autē ad plebē dicere pabolam
hanc Hō. M. q̄dā. R. L. erat M.
paterfamilias q̄ plātauit vineā ꝛ. R. ſepē
circūdedit ei ꝛ fodit in ea torcular. lacū R.
fodit ꝛ edificauit. M. turri. ꝛ locauit eam
agricolis colonis L. Et pfectus eſt pegre
M. R. multis L. tpibus. Cum. M. aūt
tps fructuū appropinq̄ſſet in. L. tpe vin-
demie miſit. M. R. L. ſuos ſuos ad agri
colas cultores L. vt de fructu vinee darēt
illi. Et. M. accipent ab agricol'. R. fruct⁹
M. eius. Et agricole apphenſis ſuis ei⁹
aliū ceciderūt ꝛ dimiſerūt. R. L. vacuū et
inanē. L. aliū. M. occiderūt. aliū vero la
pidauerūt. Jterꝫ miſit alios ſuos plures
priorib⁹ ꝛ fecerūt eis ſilr. in capite R. cedē
tes L. vulnerauerūt. R. ꝛ cōtumelijs affe
cerūt. ꝛ addidit alterꝫ mittere q̄ ꝛ illū vul-
nerātes eiecerūt Nouiſſime. M. autē ad-
huc. R. hñs vnū filiū chariſſimū dixit. L.
dñs vinee. Quid faciā? Mittā filiū meū
dilectū. ꝛ illū. M. R. miſit ad eos nouiſſi
me. dicēs q̄ forte verebunt. L. filiū meū
cū hūc viderit. Quē. L. cū. M. vidiſſent
coloni cogitauerūt intra ſe ꝛ dixerūt R. ad
inuicē Hic. M. eſt L. heres. R. venite oc
cidam⁹ eū ꝛ habebim⁹ hereditatē vt L. no
ſtra ſit hereditas Et M. apprehenſum R.
L. eū. eiecerūt eum extra vineā ꝛ occiderūt
Cū ergo venerit dñs vinee q̄d faciet agri
colis illis? Veniet. R. L. ꝛ pdet colonos
Malos M. male pdet. et
vineā ſuam locabit alijs
agricolis. q̄ reddēt ei fru-
ctū tempib⁹ ſuis Quo L.
audito dixerūt illi. Abſit
Jlle autē reſpiciens eos
dixit. Quid ergo eſt hoc
qđ ſcriptū eſt. R. nec M.
ſcripturā hāc legiſtis La
pidē quē reprobauerunt
edificantes hic factus eſt
in caput anguli A dño fa
ctū eſt iſtud ꝛ eſt mirabile
in oculis noſtris. Jdeo M. dico vobis q̄
auferet a vobis regnū dei ꝛ dabit gēti faci-
enti fruct⁹ L. ei⁹ Oīs M. q̄ ceciderit ſu
p lapidē iſtū cōquaſſabit. ſup quē aūt ce-
ciderit cōminuet ꝛ cōteret eū. Et cū audiſ-
ſent principes ſacerdotū ꝛ pharisei para-
bolas ei⁹ cognouerūt q̄ de ipſis diceret Et
querētes eū tenere ꝛ. L. mittere in illū ma
nus in illa hora timuerūt populū q̄ M.
ſicut ꝓphā illū habebāt ꝛ relicto eo abierūt

Hoc eſt itel
ligendū di-
xiſſe chriſtū
vel aliquos
de iudeis. il
lud autē q̄
ſequit abſit
dixerūt alij.
vel ipſi oēs
itellecta pa
rabola xpi.

## De veſte nuptiali. M. xxij. Cōſonat L. ſupra. xiiij. cū Bl. iij

Capitulum. cxxiij.

ET reſpondēs Jeſus dixit iterū in pabolis eis dicēs. Sīle factū eſt regnū celorū homi regi q̄ fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias ⁊ nolebāt venire. Jterū miſit alios ſeruos dicēs dicite inuitatis ecce prādiū meū paraui. thauri mei ⁊ altilia occiſa ⁊ om̄ia parata venite ad nuptias Jlli autē neglexerūt ⁊ abierūt alius in villā ſuam alius ad negociatiōem ſuā. reliqui vero tenuerūt ſeruos eiꝰ ⁊ cōtumelia affectos occiderūt. Rex autē cū audiſſet iratus eſt ⁊ miſſis exercitibꝫ ſuis perdidit homicidas illos ⁊ ciuitatē illorū ſuccendit. Tūc ait ſeruis. Nuptie quidē parate ſunt ſed q̄ inuitati erāt nō fuerūt digni. Jte ergo ad exitus viarū ⁊ quoſcūqꝫ inueneritis vocate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius in vias cōgregauerūt om̄es quos inuenerūt malos ⁊ bonos ⁊ implete ſunt nuptie diſcumbētiū. Jntrauit autē rex vt videret diſcūbentes ⁊ vidit ibi hoīem nō veſtitū veſte nuptiali. ⁊ ait illi Amice quomodo huc intraſti nō habēs veſtē nuptialem: At ille obmutuit Tūc dixit rex miniſtris. ligatis pedibꝫ ⁊ manibꝫ mittite eū in tenebras exteriores Jbi erit fletꝰ ⁊ ſtridor dentiū. Multi eni ſunt vocati pauci vero electi.

## De tributo reddendo ceſari M. xxij. R. xij. L. xx. Ca. cxxiiij

Tunc. M. abeūtes pharisei conſiliū inierūt vt capent eū in ſermone. ⁊. L. obſeruātes miſerūt īſidiatores quoſdā. R. ex phariſeis diſcipulos M. ſuos cū herodianis. L. q̄ ſe iuſtos ſimularēt vt eū capent in verbo ⁊ traderēt principatui ⁊ ptāti pſidis. Qui R. veniētes interrogauerūt. L. illū dicētes Magiſter. M. R. ſcimꝰ q꞉ verax es ⁊ recte. L. dicis ⁊ doces ⁊ nō. M. eſt tibi cure de aliq̄ ⁊ R. nō curas quēqꝫ. Non. M. eni. L. reſpicis alias recipis pſonā hoīs neqꝫ. R vides in faciē ſed. L. in veritate. M. viā dei doces Licet. L. M. nobis R. dare tributū ceſari an nō dabimꝰ: R. Cōſiderās L. autē dolum illorū ſciens verſuciā eorū cognita. M. Jeſus neq̄cia eorum. Ait. Quid. R. me tentatis ypocrite: Oſtendite mihi nūmiſma cenſus Afferto R. mihi denariū. L. vt videā: At. M. illi. R. obtulerūt ei denariū. Et ait illis Jeſus Cuiꝰ M. eſt imago hec ⁊ ſupſcriptio eius: Cuius. L. habet imaginē ⁊ ſupſcriptiōē: Et reſpōdētes. L. dixerūt ei. Ceſaris. M. R Tunc. M. R. ait. L. illis reddite ergo q̄ ſunt ceſaris ceſari ⁊ que ſunt dei deo. ⁊. L nō potuerūt reprehendere verbū eiꝰ coram plebe. Et. M. audiētes mirati ſunt omnes. R. ſup eo ⁊ mirati. L. ſunt in rūſo eiꝰ et tacuerūt. ⁊ relicto eo. R. abierunt.

## De muliere ſeptēuira. M. xxij. R. xij. L. xx. Capi. cxxv.

IN illo. M. die. Acceſſerunt ad eū ſaducei q̄ dicunt nō eſſe reſurrectōē ⁊ interrogauerūt eum dicētes Magiſter moyſes dixit ⁊. R. ſcripſit. L. nobis: Ut. R. ſi. L. cuiꝰ M. frater mortuꝰ fuerit ⁊ dimiſerit vxorē ⁊ filios nō reliquerit. vt M. frater. R. eius. L. ducat vxorē illius ⁊ ſuſcitet ſemē fratri ſuo. Et erāt ergo apud nos ſeptē fratres Et primꝰ vxore ducta defunctꝰ eſt ſine. L. filijs nō. R. relicto ſemine ⁊ nō. M. hn̄s ſemen reliq̄t vxorē fratri ſuo. Simil'r ſcđs accepit. R. eā ⁊ mortuꝰ eſt ſine. L. filio ⁊ nec. R. iſte reliq̄t ſemē et R. tertiꝰ L. ſimil'r. M. accepit. L. eā vſqꝫ M. ad ſeptimū. ⁊. R. acceperūt eā ſeptem ⁊ nō L. reliquerūt ſemē ⁊. L. mortui ſunt Nouiſſima. M. R. oīm mortua eſt ⁊ mulier. Jn reſurrectōne ergo eorū cuius erit vxor. ſiquidē ſeptē habuerūt eā vxorē: Et reſpondēs Jeſus ait illis. Nōne ideo erratis neſcientes ſcripturas neqꝫ virtutē dei Filij. L. huiꝰ ſeculi nubēt ⁊ tradunt ad nuptias. Jlli vero qui digni habebunt ſeculo illo ⁊ reſurrectiōe ex mortuis nō nubēt neqꝫ. M. nubent. R. neqꝫ. L. ducūt vxores neqꝫ eni vltra mori poterūt. Equales M. R. eni angelis ſunt. ⁊. M. ſunt āgeli dei in celo. ⁊ L. filij ſunt dei cū ſint filij reſurrectōnis. Quia vero reſurgēt mortui. De. R. mortuis. M. q̄ reſurgāt ⁊ moiſes L. oſtendit ſecꝰ rubū ſicut dixit dn̄m deū abraam deū yſaac ⁊ deū iacob Nunq̄d. R legiſtis in libro moiſi quod. M. dictū eſt a deo dicente vobis Ego ſum deꝰ abraam deꝰ yſaac ⁊ deꝰ iacob. Deus. L. M. āt. R. nō eſt mortuorū ſed viuentiū. Oēs enim viuūt ei. Uos. R. ergo multū erratis. Et M. audientes turbe mirabant in doctria eius. Rn̄dentes R. autē quidā ſcribarū dixerūt Magiſter bene dixiſti ⁊ L. amplius nō audebāt eum quicq̄ꝫ interrogare.

## De dilectõne chri-

ſti ex toto corde. M.xxij. R.xij. de quo et
Lu.x. Capitulum. cxxvi.

Phariſei. M. autẽ audientes q ſi-
lentiũ impoſuit saduceis cõuene-
runt in vnũ Et acceſſit R. vnus de ſcribis
legis M. doctor qui R. audierat illos con-
querẽtes et vidẽs q bene illis rñderit int-
rogauit tentãs M. eũ Magiſter quod eſt
mãdatũ magnũ R. primũ M. in lege M.
omniũ. R. Rñdit. R. ei Jeſus. M. q pri-
mũ omniũ mandatũ eſt. Audi iſrael dñs
deus tuus de' vnus eſt. Et diliges dñm
deũ tuum ex toto corde tuo et ex tota aĩa
tua et ex tota mẽte tua et ex tota ỽtute tua
hoc. M. eſt R. primũ et maximũ mand-
tum. Scdm ſimile eſt huic. Diliges pro-
ximũ tuum ſicut teipm. maius R. hoꝝ ali-
ud mandatũ nõ eſt. In his. M. duobus
mãdatis tota lex pendet et ꝓphete. Et. R.
ait illi ſcriba Magiſter bene in veritate di-
xiſti qꝛ vnus eſt de' et nõ eſt alius ꝑter ipſ
et vt diligaꝭ ex toto corde et ex tota mente
et ex toto intellectu et ex tota aĩa et ex tota
fortitudine et diligere proximũ tanq ſe-
ipſum maius eſt omnibus holocauſtoma-
tibus et ſacrificijs Jeſus aũt videns q ſa-
pienter reſpondiſſet ait illi Non longe es
a regno dei.

## De quadã interro

gatõne phariſeorũ. L. xvij. Et alia inter-
rogatõne cui' eſt xpẽs filius M. xxij. R. xij
Lu. xx. Capitulum. cxxvij.

Jnterrogatus L. autẽ a phariſeis
qñdo venit regnũ dei ⁊ reſpondit
eis ⁊ dixit. Non venit regnũ cũ obſeruatõ-
ne neq dicẽt. Ecce hic aut ecce illic. Ecce
enĩ regnũ dei intra vos ẽ. Cõgregatis M.
autẽ phariſeis Jnterrogauit eos Jeſus di-
cens. qd vobis videꝭ de xpõ: cui' filius eſt
Dicũt ei dauid. Et. R. rñdens ieſus dice
cebat docens in tẽplo. Quõ ergo dicunt
ſcribe xpm filiũ dauid cui ipſe dauid dice-
bat in ſpũſcõ. Dixit dñs dño meo ſede a
dextris meis Donec ponã inimicos tuos
ſcabellũ pedũ tuorũ: Quõ ergo dauid in
ſpũ in L. libro pſalmoꝝ Vocat M. eum
dñm et. R. vñ Quõ. L. eſt filius ei' Et ne-
mo. M. poterat rñdere ei verbũ Et R. mĺ-
ta turba libẽter eũ audiebat. neq M. au-
ſus fuit quiſq eum ampli' ex illa die inter-
rogare.

## De doctrinis pha-

riſeorũ audiendis. M. xxiij. R. xij. L. xx.
Capitulum. cxxviij.

Tunc. M. Jeſus locut' eſt ad tur-
bas ⁊ ad diſcipĺos ſuos ⁊ dicebat
eis in doctrina ſua. Sup M. cathedram
Moyſi ſederũt ſcribe ⁊ phariſei Oĩa ergo
quecunq dixerint vobis ſeruate ⁊ facite.
ſm vero opa eoꝝ nolite facere. Dicũt eni
⁊ nõ faciũt. Alligant autẽ onera grauia et
importabilia ⁊ iponũt in humeros hoim
digito autẽ ſuo nolũt ea mouere. Oĩa ve-
ro opa ſua faciũt vt videãtur ab homib'.
Attendite. L. et cauete. R. a ſcribis. Dila-
tant. M. enĩ philacteria ſua ⁊ magnificãt
fimbrias. Volunt. L. R. in ſcolis ambu-
lare amãt. M. R. L. autẽ primos recubi-
tus in cenis ⁊. L. cõuiuijs. prias M. L.
cathedras in ſynagogis ⁊ in primis cathe-
dris ſedere in ſynagogis ⁊ M. ſalutatões
R. L. ĩ foro qui. R. L. deuorãt domos vi-
duarũ ſub obtẽtu R. prolixe orõnis ſimu-
lãtes. L. longã orõem. hi accipiũt dãna-
tionẽ maiorẽ et. R. plixius iudiciũ Amãt
M. vocari rabbi. vos autẽ nolite vocari
rabbi. Un' eſt enĩ magiſter veſter. Oẽs
aũt vos fratres eſtis. ⁊ patrẽ nolite vobis
vocare ſup terrã. L. vnus eſt enĩ pater ve-
ſter q̇ in celis eſt. Non vocemini magiſtri
qꝛ magiſter veſter vn' eſt xps. Qui maior
eſt veſtrũ erit miniſter veſter. Qui autẽ ſe
exaltauerit humiliabiꝭ. et qui ſe humiliat
exaltabitur.

## De ve multiplici.

M. xxiij. L. xi. et. xiij. Capitulũ. cxxix.

Ve. M. vob ſcribe ⁊ phariſei ypo-
crite qui clauditis regnũ celoꝝ
añ homies. vos enĩ nõ intratiſ nec
introeũtes ſinitis intrare
Ve vobis ſcribe ⁊ phari-
ſei ypocrite qui comeditiſ
domos viduaꝝ lõga orõe
orãtes. ꝓpter hec amplius
accipietiſ iudiciũ. Ve vo-
bis ſcribe ⁊ phariſei ypo-
crite q̇ circuitiſ mare ⁊ ari-
dam vt faciatis vnũ pſeli-
litũ ⁊ cũ fuerit fact'. facitiſ
eũ filiũ gehenne duplo q vos. Ve vobis
duces ceci qui dicitis quicũq iurauerit p

Quãuis iſta
reponantur
ſub eo cõtex-
tu dicta per
euãgeliſtas
poteſt tamẽ
dici q diuer-
ſis tempori-
bus fuerunt
predicta.

templū nihil eſt Qui autē iurauerit in au
ro tēpli debet. ſtulti ꝛ ceci. q̄d eni mai⁹ eſt
aurū an templū qđ ſanctificat aurū: Et q̄
cunqꝫ iurauerit in altari nihil eſt. qui aūt
iurauerit in dono qđ eſt ſup illud dꝫ Ceci
Quid eni maius eſt donū an altare quod
ſanctificat donū: qui ergo iurat i altari iu
rat in eo ꝛ in om̄ibꝫ que ſup illđ ſunt Et q̄
iurat in templo iurat in illo ꝛ in eo q̄ habi
tat in ipſo. Et q̄ iurat in celo iurat in thro
no dei ꝛ in eo q̄ ſedet ſup eū. Ue. M. vob
ſcribe. L. ꝛ phariſei ypocrite q̄ decimatis
mentā ꝛ anetū rutā. L. ꝛ ciminū. M. ꝛ oē
L. olus ꝛ relinquitis. M. L. q̄ grauiora
ſunt legis. iudiciū ꝛ miam. ꝛ fidē ꝛ charita
tē dei. Hec autē oportuit facere ꝛ illa non
omittere. Duces M. ceci excolātes culicē
camelū autē glutiētes. Ue. L. vobis pha
riſei q̄ diligitis ꝑmas cathedras in ſyna-
gogis ꝛ ſalutatōes in foro. Ue vobis qui
eſtis vt monumēta que nō apparēt ꝛ ho-
mines ambulātes neſciūt Rn̄dēs aūt qui
dā ex legiſꝑitis ait illi. Magiſter. Hec di-
cens etiā nobis cōtumeliā facis At ille ait
Et vobis legiſꝑitis ve qui oneratis hoīes
oneribus q̄ portare nō pn̄t ꝛ ipſi vno digi
to nō tangitꝪ ſarcinas. Ue M. vobis ſcri
be ꝛ phariſei ypocrite qui mūdatis qđ de-
foris eſt calicis ꝛ parabſidis. intus āt ple-
ni eſtis rapina ꝛ immūdicia. Phariſee ce-
ce munda prius qđ intus eſt calicis ꝛ pa-
rabſidis vt fiat illud qđ deforis eſt mūdū
Ue vobis ſcribe ꝛ phariſei ypocrite qui ſi
miles eſtis ſepulcris dealbatis q̄ foris ap
parēt hominibꝫ ſpecioſa intus aūt ſunt ple
na oſſibꝫ mortuoꝝ ꝛ omī ſpurcicia. Sic ꝛ
vos q̄dē a foris appareꝪ hominibꝫ iuſti.
intus āt pleni eſtis ypocriſi ꝛ iniq̄tate Ue
M. vobis L. ſcribe ꝛ phariſei ypocrite q̄
edificatis ſepulcra ꝓphetaꝝ. patres. L. āt
veſtri occiderūt illos ꝛ ornatis M. monu
mēta iuſtoꝝ. Et dicitis ſi fuiſſem⁹ in die-
bus patrū noſtroꝝ. nō eſſem⁹ ſocij eoꝝ in
ſanguine ꝓphetaꝝ Itaqꝫ teſtimonio eſtis
vobiſmetipſis. ꝛ L. ꝑfecto teſtificami ꝙ
ꝯſentitꝪ opibꝫ patꝝ veſtroꝝ qꝛ M. filij eo
rū eſtis qui ꝓphas occiderūt. q̄m quidē. L.
ipſi eos occiderūt Uos autē edificatis eo
rū ſepulcra. ꝛ M. vos iplete mēſurā pr̄m
veſtroꝝ Serpētes genimia viperaꝝ quō
fugietis a iudicio gehēne: ꝓpterea. L. ꝛ ſa
piētia dei dixit. Ecce M. ego L. mitto ad
vos ꝓphas ꝛ aplos L. ꝛ ſapiētes M. ꝛ ſcri

bas ꝛ M. et illis L. occidetis ꝛ crucifige-
tis ꝛ ex eis flagellabitis in ſinagogis vr̄is
ꝛ ꝑſeq̄mini de ciuitate in ciuitatē vt veni
at ſup vos ꝛ inq̄rat L. om̄is. M. ſanguis
iuſtus ſanguis L. oīm ꝓphaꝝ q̄ effuſus ē
ſup M. terrā a cōſtitutōe L. mūdi a gene
ratōne iſta a ſanguie abel iuſti vſqꝫ ad ſan
guinē zacharie filij M. barachie quē occi
diſtis et. L. periīt inter templū ꝛ edē. R. ꝛ
altare Ita dico vobis reqret ab hac gene-
ratōe Amē. M. dico vobis veniēt hec oīa
ſup generatōem iſtā. Ue vobis legiſꝑitis
q̄ tuliſtis clauē ſcie et ipſi nō introiſtis et
eos qui introibāt ꝓhibuiſtis. Cū hec ad
illos diceret ceperunt phariſei ꝛ legiſꝑiti
grauiter inſiſtere ꝛ os ei⁹ opprimere de mł
tis. inſidiātes ei. ꝛ q̄rentes aliq̄d capere ex
ore ei⁹ vt accuſarēt eū Hierl̄m. M. hirl̄m
L. cij. que occidis ꝓphas et lapidas eos
q̄ ad te miſſi ſunt. Quotiēs volui ꝯgrega
re filios tuos quēadmodū gallina congre
gat pullos ſuos ſub alas ſuas ꝛ auis L. ni
dū ſuū ſub pennis ꝛ M. noluiſti L. Ecce
relinquet vobis dom⁹ veſtra deſerta Dico
eni vobis nō me videbitis amodo donec
veniat. L. M. hora cū dicetis. Benedi-
ctus qui venit in nomie domini.

## De vidua duo minuta offerente. R. xij. L. xi. Capi. cxxx.

Et. R. ſedens Jeſus contra gazo-
philaciū aſpiciebat eos qui mitte
bāt munera ſua in gazophilaciuꝫ
quō. R. turba iactabat es ꝛ multi diuites
iactabāt multa. Cum veniſſet aūt vna vi-
dua paup. miſit duo minuta qđ eſt qua-
drans. Uidit. L. autē Jeſus pauꝑculam
illā viduam mittentē era duo minuta. Et
cōuocatis. R. diſcipulis ſuis ait ill'. Amē
vere. L. dico vobis quoniā. R. L. vidua
hec paup plus oībꝫ miſit q̄ miſerūt in ga-
zophilaciū. Oēs eni ex eo qđ abundabat
illis miſerūt in munera dei. Hec aūt ex eo
qđ illi deeſt ꝛ. R. de penuria ſua oīa q̄ ha-
buit miſit totū victū ſuum.

## De edificio templi et comminatōne euerſionis hierl̄m. M. xxiiij. R. xiij L. xxi. Ca. cxxxi

Et egreſſus M. ihs de tēplo ibat.
ꝛ. R. cū egrederet Acceſſert M. di
ſcipuli e⁹ vt oñderēt ei edificatōꝫ tēpli Et
q̄b⁹dā L. dicētibꝫ d tēplo q̄bꝫ bois lapidibꝫ

et donis ornatū eſſet. Ait. R. illi vnus ex
diſcipulis ſuis. Magiſter aſpice q̄les la-
pides ꝛ quales ſtructure Ipſe M. autē re-
ſpondēs ait eis. Videtis hec oīa ꝛ. R. ma
gnas edificatōes. Amen M. dico. R. L.
vobis veniēt. L. dies in q̄bus nō. M. re
linquet̃ R. L. hic lapis ſup̲ lapidē q̄ non
deſtruat̃. Sedente. M. R. autē eo ſuper
montē oliueti contra templū. Acceſſerūt
M. ad eū diſcipuli eiꝰ ſecreto. ꝛ R. interro
gabant eū ſeparatim Petrus ꝛ Iacobꝰ ꝛ An
dreas ꝛ Iohānes dicētes. M. Dic nobis
p̄ceptor. L. qn̄ hec erūt ꝛ R. hec fient M.
quod R. L. ſignū aduētus tui ꝛ cōſumma
tōis ſeculi ꝛc. R. qđ ſignū. L. cū hec fieri
incipiēt ꝛ cōſummari R. Et. M. Rn̄dēs
R. L. Ieſus dixit Videte ne q̄s vos ſedu
cat. m̄lti veniēt in noīe meo dicētes. Ego
ſum xp̄s ꝛ multos ſeducēt. ꝛ L. tempꝰ ap-
propinquabit. Nolite ergo ire poſt illos.
Audituri. M. eni eſtis prelia ꝛ opiniōes
preliorū. Cum autē. R. L. audieritis pre
lia ꝛ ſeditiōes nolite terreri. Videte. M. ne
turbemini oportet. M. R. eni primū hec
fieri ſed nondū ſtatī finis Tūc dicebat il
lis. Surget gens cōtra gentē ꝛ regnū ad-
uerſus regnū ꝛ terremotꝰ magni erūt p̲ lo-
ca ꝛ peſtilentie ꝛ fames terroreſq̄ de celo
ꝛ ſigna magna erūt. Hec M. autē. R. oīa
initia ſunt doloꝝ Videte R. autē voſmet
ipſos Sed L. an̄ hec oīa inijciēt vobis
manꝰ ſuas pſequent̃ tunc. M. tradēt vos
in tribulatōem ꝛ occidēt vos Tradent R.
L. eni vos in cōcilijs ꝛ in ſinagogis ſuis
vapulabitis. ꝛ an̄ reges ꝛ preſides ſtabitꝭ
propter me. p̲pter L. nomē meū. Contin
git autē vobis in teſtimoniū illis R. ꝛ eri-
tis. M. odio oībus gentibꝰ propter no
men meū. Et tunc ſcādaliſabunt̃ multi ꝛ
inuicē tradent ꝛ odio ha
bebūt inuicem. Et multi
pſeudo p̲phete ſurgent et
ſeducēt multos. Et quo-
niā abūdabit iniq̄tas re-
frigeſcet charitas multo-
rū. Qui autē pſeuerauerit vſq̄ in finē hic
ſaluus erit. Et predicabit̃ hoc euangeliū
regni in vniuerſo mūdo. et in oēs gentes
primū oportet predicari euāgeliū in M.
teſtimoniū oībus gentibꝰ. Et tūc veni
et cōſummatio Et. R. cū duxerint vos tra
dentes ponite. L. in cordibꝰ veſtris no p̄
meditari queādmodū rn̄deatꝭ. Nolite R.

Hoc videtur tangere pe-
nas petōꝝ
nouiſſimorū
temporum.

precogitare q̄d loq̄mini. Nō eni vos eſtis
loquētes ſed ſpūſſanctus. Ego. L. enim
dabo vobis os ꝛ ſapientiā cui nō poterūt
reſiſtere ꝛ cōtradicere oēs aduerſarij ve-
ſtri. Tradet. R. autē frater fratrē in mortē
ꝛ pater filiū ꝛ cōſurgent filij in parētes. et
morte eos afficient. Trademi. L. enim a
parētibꝰ ꝛ fratribꝰ ꝛ amicis ꝛ cognatis et
eritis. L. R. odio oībꝰ hoībus propter
nomē meū et. L. capillus de capite veſtro
nō peribit. Qui. R. autē ſuſtinuerit vſq̄
in finē hic ſaluus erit. In patiētia. L. ve
ſtra poſſidebitis aīas veſtras. Cū M. er-
go. R. videritis abominatōem deſolatio-
nis que dicta eſt a daniele p̲pheta ſtantem
in loco ſancto vbi R. nō debet qui. M. R.
legit intelligat. Cum. L. autē videritꝭ cir
cūdari ab exercitu hier̄lm tūc ſcitote / quia
appropinquabit deſolatio eiꝰ Tunc M.
R. qui. L. in iudea ſunt fugiāt ad mōtes /
et M. qui. R. in tecto nō deſcendāt aliq̄d
tollere de domo ſua / ꝛ q̄ in agro nō reuer-
tat̃ tollere tunicam ſuā ꝛ L. qui in medio
eius ſunt diſcedāt / ꝛ qui in regionibꝰ nō
intrent in eā / quia dies vltiōis hi ſunt vt
impleant̃ oīa que ſcripta ſunt. Ve autē
M. R. L. pregnātibꝰ ꝛ nutriētibꝰ in illis
diebꝰ. Orate M. R. ne fiat fuga veſtra hye
me vel ſabbato. Erit. L. eni preſſura ma
gna ſup̲ terram et ira populo huic. Et ca-
dent in ore gladij ꝛ captiui ducent̃ in om
nes gentes ꝛ hieruſalem calcabit̃ a genti-
bus donec impleant̃ tempa nationū.

## De ſignis iudicii.

M. xxiiij. R. xiij. L. xvij. et. xxi. ac. xij.
Capitulum. cxxxij.

Et. L. ait ad diſcipulos ſuos veni
et tp̄s qn̄ deſiderabitꝭ videre vnū
diē filij hoīs et nō videbitis. Erit M. eni
tunc tribulatio magna Erūt R. autē dies
illi tribulatōis et tales quales nō fuerunt
ab initō creature quam cōdidit deus vſq̄
nūc neq̄ fient. Et niſi abbreuiaſſet domi
nus dies illos nō fuiſſet ſalua omnis ca-
ro ſed propter electos quos elegit domi-
nus abbreuiabit dies. Et L. dicēt vobis.
Ecce hic ecce illic. Tūc M. ſi. R. quis vo
bis dixerit. Ecce hic eſt chriſtus aut illic /
nolite credere nolite. R. ire neq̄ ſectemini
Surgēt M. R. eni pſeudo xp̄i et pſeudo-
p̲phete et dabunt ſigna magna et p̄digia ꝛ
portenta. R. ad ſeducendos ſi fieri poteſt

etiā electos Jta ·M· vt in
erroꝛē ducanť ſi fieri pōt
etiā electi Ego predixi vo
bis oīa. vos ergo videte.
Si ergo M. dixerint vo

Poſſunt hec intelligi di cta diue: ſis vicib⁹ licet ſonent.

vobis. Ecce in deſerto eſt nolite exire. Ec
ce in penetrabilib⁹ nolite credere. ·Nā. L.
ſicut fulgur exit. M. ab oriēte coruſcans
L. de ſub celo in ea que ſub celo ſunt ful
get z apparet M. vſq₃ in occidentē. ita L.
erit filius hoīs z aduētus M. in die L.
ſua. Vbicūq₃. M. fuerit coꝛp⁹ illuc cōgre
gabunť z aquile. ·Primū L. autē opoꝛtet
illum multa pati z reprobari a generatiōe
hac. Stati M. R. aūt poſt tribulatiōẽ die
rum illoꝝ ſol obſcurabiť. z luna nō dabit
lumē ſuū z ſtelle cadent de celo Et. L. erūt
ꝑri. ſigna in ſole z luna z ſtellis z in terris
preſſura gentiū pre ꝯfuſione ſonit⁹ maris z
fluctuū areſcētib⁹ hoīb⁹ pre timoꝛe z expe
ctatiōe q̄ ſupuenient vniuerſo oꝛbi. Et M.
virtutes. L. celoꝝ et. R. que ſub celo ſunt
mouebunť. M. R. L. Et tūc. M. appa
rebit ſignū filij hoīs in celo z. M. tūc. R.
L. plangēt ſe oēs trib⁹ terre. Et tūc vide
bunt filiū hoīs venientē in nube cū ꝑtāte
magna. R. L. z gloꝛia. R. et maieſtate L.
M. Et mittet. M. R. angelos. cū tuba z
voce magna z cōgregabūt electos a q̄tuoꝛ
vētis a ſummis celoꝝ vſq₃ ad terminos eo
rū. a. R. ſummo terre vſq₃ ad ſummū celi.
Ab. M. arboꝛe. R. fici diſcite ꝑabolā Cū
iam ram⁹ ei⁹ tener fuerit z folia nata. ꝯgno
ſcitis. R. q꞉ in proximo ſit eſtas. His. L. āt
fieri incipiētibus reſpicite z leuate capita
veſtra qm̄ appropinq̄t redēptio veſtra Et
dixit ill' ſilitudinē. Videte ficulneā z oēs
arboꝛes cū producūt iā ex ſe fructū ſcitote
q꞉ ꝓpe eſt eſtas. Jta. M. z. L. vos. R. cū
videritis hec fieri ſcitote q꞉ prope. M. eſt
et in ianuis z hoſtijs. R. regnum. L. dei.
Amen L. M. R. dico vobis qm̄ nō trāſ
ibit generatio hec. donec oīa fiant. Celū z
terrā trāſibūt. verba autē mea nō trāſibūt
Attēdite L. āt vobis ne foꝛte grauenť coꝛ
da veſtra crapula z ebrietate z curis h⁹ vi
te z ſupueniat ſup vos repētina dies illa.
Tanq̄₃ ei laq̄us ſupueniet in oēs q̄ ſedēt
ſup faciē oīs terre. De. M. die R. āt z ho
ra illa nemo ſcit neq₃ angeli celoꝝ neq₃ R.
fili⁹ niſi ſol⁹ pat. Sicut āt. L. fuit. xvij. in
dieb⁹ noe ita erit in dieb⁹ aduent⁹ M. filij
hoīs Sicut eni erāt ante diluuiū ꝯmedē
tes z bibētes. nubētes z nuptui tradentes
edebāt. L. z bibebāt z vxoꝛes ducebāt/ et
dabant ad nuptias vſq₃ ad eū diē in quo
intrauit in arcā noe z nō cognouerūt do
nec venit diluuiū z tulit z ꝑdidit L. oīes
M. Jta erit aduētus filij hoīs. Silr. L.
ſicut factū eſt in dieb⁹ loth edebāt z bibe
bāt emebāt z vendebāt plantabāt z edifi
cabāt Qua die aūt exiuit loth a ʒodomis
pluit dn̄s ignē z ſulphur de celo z oēs per
didit ſcd̄m hoc erit qua die filius hoīs reue
labiť. in die illa qui fuerit in tecto/ et vaſa
eius in domo ne deſcēdat tollere illa Et q̄
in agro ſimilr̄ nō redeat retro. Memoꝛes
eſtote vxoꝛis loth. Quicūq₃ queſierit ani
mā ſuam ſaluā facere ꝑdet illam. Et qui
cunq₃ ꝑdiderit eam viuificabit illā. Dico
L. vobis M. Jn illa nocte erūt duo in le
cto. vnus aſſumeť z alter relinqueť. Duo
erūt molētes in vnū in. L. mola vna aſſu
metur z altera relinqueť. Duo in agro vn⁹
aſſumeť z alter relinq̄tur Rn̄dētes dicunt
illi. Vbi dn̄e: Qui dixit illis Vbicūq₃ fue
rit coꝛp⁹ illic cōgregabunť z aq̄le. Vigila
te. L. xxi. itaq₃ oī tp̄e oꝛātes vt digni habe
amini fugere oīa iſta q̄ futura ſunt z ſtare
ante filium hominis.

## De vigilia et oꝛatione M. xxiiij. R. xiij L. xij. Ca. cxxxiij

Videte. R. vigilate z oꝛate neſcitis
eni qn̄ tp̄s ſit. Sicut eni hō q̄ pe
gre ꝓfect⁹ reliq̄t domū ſuā z dedit
ſuis ſuis ꝑtātē cuiuſq₃ opis z ianitoꝛi ꝑ
cepit vt vigilaret Vigilate ergo neſcitis eī
qn̄ dn̄s dom⁹ veniat ſero an media nocte
an gallicātu an mane. Ne cū venerit repē
te inueniat vos doꝛmiētes. Qđ āt vobis
dico. oīb⁹ dico. vigilate. Sint. L. lūbi ve
ſtri ꝑcincti z lucerne ardētes in manib⁹ ve
ſtris. Et vos ſilēs hoīb⁹ expectātib⁹ dn̄m
ſuū qn̄ reuertať a nuptijs vt cū venerit/ et
pulſauerit cōfeſtim aperi
ant ei. Beati ſunt ſui illi
quos cū venerit dn̄s iue
nerit vigilātes Amē dico
vobis q̄ ꝑcinget ſe z faci
et illos diſcūbere z trāſiens miſtrabit illis
Et ſi venerit in ſcđa vigilia z ſi in tertia vi
gilia venerit z ita inuenerit Btī ſunt ſui il
li. Vigilate M. ẽ q꞉ neſcitis q̄ hoꝛa dn̄s ve
ſter ventur⁹ ſit. Hoc. M. āt L. ſcitote qm̄ ſi
ſciret pr̄ familias q̄ hoꝛa fur veniret vigilaret

Poſſunt hec intelligi poſita per re memoratiōẽ

vtiqꝫ ⁊ nõ ſineret pfodi domũ ſuã Et vos
eſtote parati quia q̃ hora nõ putatis fili⁹
hominis veniet. ¶ Ait. L. aũt ei petr⁹. Dñe
ad nos dicis hãc pabolam an ⁊ ad om̃es?
Dixit autẽ dñs. Quiſputas eſt fidelis di
ſpenſator ⁊ prudẽs quẽ conſtituit dñs ſu-
per familiã ſuam vt det illis cibũ in tem-
pore. in tpe. L. tritici mẽſuram? Beat⁹ L.
M. ille ſeruus quẽ cũ venerit dñs inuene
rit ſic facientẽ Amen M. L. dico. M. vo
bis ſup om̃ia bona que poſſidet ꝯſtituet
eum. Si. M. autẽ L. dixerit male ille ſer
uus in corde ſuo. morã facit dñs meus ve
nire ⁊ ceperit pcutere cõſeruos ſuos. pue-
ros. L. ⁊ ancillas ⁊ edere ⁊ inebriari. man
ducet autẽ ⁊ bibat cũ ebrioſis. Veniet. L.
M. dñs ſerui illius in die qua nõ ſperat:
⁊ hora qua neſcit. ⁊ diuidet eũ. partẽqꝫ ei⁹
cum infidelib⁹ ypocritis. M. ponet. Ibi
erit fletus ⁊ ſtridor dentiũ. Ille. L. aũt ſer
uus q̃ cognouit voluntatẽ dñi ſui ⁊ nõ ſe
preparauit ⁊ nõ fecit ſm voluntatẽ eius pla
gis vapulabit multis. Qui autẽ nõ ꝯgno
uit ⁊ fecit digna/ plagis vapulabit paucis
Omni autẽ cui multũ datũ eſt multũ q̃re
tur ab eo. ⁊ cui cõmendauerũt multũ pl⁹
petẽt ab eo. Ignẽ veni mittere in terrã Et
quid volo niſi vt accendat. Baptiſmo ha
beo baptiſari ⁊ quõ coartor vſqꝫ dũ pficia
tur Putatis q2 pacẽ veni dare in terrã. nõ
dico vobis ſed ſeparationẽ. Erũt ex hoc q̃n-
qꝫ in vna domo diuiſi. tres in duos ⁊ duo
in tres. Diuidet pater in filiũ ⁊ filius i pa-
trem ſuũ. Et mater in filiã ⁊ filia in matrẽ
Socrus in nurũ ſuã ⁊ nur⁹ in ſocrũ ſuã.

## De decem virginibus ⁊ de decem talentis ⁊ de modo iudicij M. xxv.

¶ Capitulum. cxxxiij.

Tunc ſimile eſt regnũ celorũ decẽ
virginib⁹ que accipiẽtes lampa-
des ſuas exierũt obuiã ſponſo et
ſponſe. Quinqꝫ autẽ ex eis erant fatue et
quinqꝫ prudẽtes. ſed quiqꝫ fatue acceptis
lampadib⁹ nõ ſumpſerũt oleũ ſecũ. Pru
dentes vero acceperũt oleũ in vaſis ſuis
cum lãpadib⁹. Morã autẽ faciẽte ſponſo
dormitauerũt om̃es ⁊ dormierũt. Media
autẽ nocte clamor fact⁹ eſt. Ecce ſponſus
venit exite obuiã ei. Tũc ſurrexerũt om̃es
virgines ille ⁊ ornauerũt lãpades ſuas Fa
tue autẽ ſapiẽtib⁹ dixerũt. Date nobis de
oleo veſtro q2 lãpades noſtre extinguunt
Rñderũt prudẽtes dicẽtes. Ne forte non
ſufficiat nobis ⁊ vobis ite poti⁹ ad vendẽ
tes ⁊ emite vobis. Dũ autẽ irent emere ve-
nit ſpõſus ⁊ q̃ parate erãt intrauerũt cum
eo ad nuptias. ⁊ clauſa eſt ianua Nouiſſi
me vero veniũt ⁊ reliq̃ virgines dicentes.
Dñe dñe aperi nobis. At ille rñdens ait.
Amẽ dico vobis Neſcio vos Vigilate ita
qꝫ q2 neſcitis diẽ neqꝫ horã Sicut eni hõ
pegre proficiſcẽs vocauit ſuos ſuos ⁊ tra-
didit illis bona ſua ⁊ vni dedit q̃nqꝫ talẽ-
ta. alij duo. alij vero vnũ. vnicuiqꝫ ſm pro
priã virtutẽ ⁊ pfectus eſt ſtatĩ Abijt ãt qui
q̃nqꝫ talenta accepat ⁊ operatus eſt in eis et
lucrat⁹ eſt alia q̃nqꝫ. Silr ⁊ qui duo acce-
pat lucrat⁹ eſt alia duo. Qui autẽ vnũ acce
perat abijt ⁊ fodit in terrã pecuniã domi-
ni ſui. Poſt multũ vero tpis venit dñs ſer
uorũ illorũ ⁊ poſuit ratõem cũ illis. Et ac
cedens qui q̃nqꝫ talenta accepat obtulit/
alia quinqꝫ talenta dicẽs. Dñe quinqꝫ ta
lenta tradidiſti mihi ecce alia quinqꝫ talẽ-
ta ſuplucrat⁹ ſum Ait illi dñs ei⁹ Euge ſer
ue bone ⁊ fidelis q2 ſup pauca fuiſti fidel'
ſup multa te cõſtituam. Intra in gaudiũ
dñi tui. Acceſſit ãt ⁊ qui duo talẽta accepe
rat ⁊ ait. Dñe duo talẽta tradidiſti mihi.
ecce alia duo ſuplucrat⁹ ſũ Ait illi dñs ei⁹
Euge ſerue bone ⁊ fidelis q2 ſuper pauca
fuiſti fidelis ſup multa te ꝯſtituã intra in
gaudiũ dñi tui. Accedẽs aũt ⁊ q̃ vnũ talẽ-
tum accepat. Ait. Dñe ſcio q2 dur⁹ es. me
tis vbi nõ ſeminaſti. ⁊ ꝯgregas vbi nõ ſpar
ſiſti ⁊ timẽs. Abij ⁊ abſcõdi talentũ tuũ in
terrã. Ecce habes qđ tuũ eſt. Rñdẽs autẽ
dñs eius dixit ei. Serue male ⁊ piger ſcie
bas q2 meto vbi nõ ſemino ⁊ ꝯgrego vbi ñ
ſparſi. oportuit ergo te pecuniã meã com
mittere numularijs ⁊ veniẽs ego accepiſ-
ſem vtiqꝫ qđ meũ eſt cũ vſura. Tollite igit
ab eo talẽtũ ⁊ date ei q̃ hꝫ decẽ talẽta. omi
eni hñti dabit ⁊ abũdabit. ei ãt q̃ nõ hꝫ et
qđ videt hr̃e auferet ab eo. ⁊ inutilẽ ſuũ eij-
cite i tenebras exteriores Illic erit flet⁹ ⁊ ſtri
dor dẽtiũ ¶ Cũ ãt venerit fili⁹ hois i ma-
ieſtate ſua ⁊ oẽs angeli eius cũ eo. tũc ſede
bit ſup ſedẽ maieſtatis ſue ⁊ cõgregabũt ãn
eũ oẽs gẽtes ⁊ ſepabit eos abinuicẽ ſic pa
ſtor ſegregat oues ab edis. et ſtatuet oues
q̃dẽ a dextris. edos ãt a ſiniſtris. Tũc dicet
rex his q̃ a dextris ei⁹ erũt Venite bñdicti
patris mei: poſſidete patũ vobis regnũ a
conſtitutõe mundi Eſuriui eni ⁊ dediſtis

mihi manducare. ſitiui ⁊ dediſtis mihi bi
bere: hoſpes erã ⁊ collegiſtis me. Nudus
eram ⁊ cooꝑuiſtis me. infirmꝰ et viſitaſtis
me. In carcere erã ⁊ veniſtis ad me Tunc
reſpondebũt ei iuſti dicẽtes. Dñe quãdo
te vidimus eſurientẽ ⁊ pauimus. ſitientẽ ⁊
dedimus tibi potũ: Quando autẽ te vidi
mus hoſpitẽ ⁊ collegimꝰ. Aut nudũ ⁊ co-
operuimus te: Aut quãdo te vidimꝰ infir-
mũ aut in carcere ⁊ venimꝰ ad te: Et reſpõ
dens rex dicet illis Amẽ dico vobis q̃diu
feciſtis vni de his fratribꝰ meis minimis
mihi feciſtis Tũc dicet et his q̃ a ſiniſtris
eius erũt. Diſcedite a me maledicti in ig-
nem eternũ qui paratꝰ eſt diabolo ⁊ ange-
lis eiꝰ. Eſuriui enĩ ⁊ nõ dediſtis mihi mã
ducare. ſitiui ⁊ nõ dediſtis mihi potũ. ho-
ſpes eram ⁊ nõ collegiſtis me. Nudꝰ ⁊ nõ
operuiſtis me. Infirmus ⁊ in carcere ⁊ nõ
viſitaſtis me. Tunc reſpondebũt ei ⁊ ipſi
dicẽtes. Dñe quando vidimꝰ te eſurientẽ
aut ſitientẽ aut hoſpitẽ aut nudũ aut ĩfir-
mũ aut in carcere ⁊ nõ miniſtrauimꝰ tibi:
Tũc reſpõdebit illis dicens. Amen dico
vobis. q̃diu nõ feciſtis vni de minoribꝰ
his. nec mihi feciſtis. ⁊ ibunt hi in ſuppli
ciũ eternũ. Iuſti autẽ in vitã eternam.

## De modo Chriſti

in docendo. L. xxi. ⁊ de obſtinatiõe iude
orum. Jo. xii. Capitulũ. cxxv.

Erat. L. autẽ in diebꝰ docens in tẽ
plo. noctibus ve-
ro exiẽs morabaꝛ
in monte q̃ vocaꝛ oliueti.
Et om̃is populꝰ manica
bat ad eũ venire in tẽplo
audire illũ. Cum. J. aũt
tanta ſigna feciſſet corã il
lis nõ credebant in eũ vt
ſermo yſaie ꝯpleretur quẽ
dixit. Dñe quis credidit auditui noſtro:
⁊ brachiũ dñi cui reuelatũ eſt: Propterea
nõ poterãt credere quia iterũ dixit yſaias
Et excecauit oculos eorũ ⁊ indurauit cor
eorũ vt nõ videant oculis ⁊ intelligãt cor-
de ⁊ cõuertãtur ⁊ ſanem eos. Hoc dixit yſa
ias quãdo vidit gloriã eius ⁊ locutꝰ eſt de
eo. Veruntamẽ ex principibꝰ multi credi
derunt in eũ ſed propter phariſeos nõ cõ-
fitebãtur vt de ſynagoga nõ eijcerẽtur Di
lexerũt enim gloriã hominũ. magiſq̃ glo
riã dei. Jeſus autẽ clamauit ⁊ dixit. Qui

Et põt hoc i
telligi poſi-
tum hic ꝑ re
memoratio-
nem quãdo
ſequiꝛ ad ea
q̃ xp̃us dixit
ante ſex dies
paſche.

credit in me nõ credit in me ſed in eũ q̃ mi
ſit me Ego lux in mundũ veni vt oĩs q̃ cre
dit in me. in tenebris nõ maneat ⁊ ſiquis
audierit verba mea ⁊ cuſtodierit ego nõ iu
dico. Non enĩ veni vt iudicẽ mundũ / ſed
vt ſaluũ faciã mundũ. Qui ſpernit me: et
nõ accipit verba mea. habet q̃ iudicet eũ
Sermo quẽ locutus ſũ ille iudicabit eũ
in nouiſſimo die. quia ego ex meipſo nõ
ſum locutus ſed q̃ miſit me pater. ipe mi-
hi mãdatũ dedit quid dicã ⁊ quid loquar.
Ego ſcio quia mãdatũ eius vita et̃na eſt.
Que ergo ego loquoꝛ ſicut dixit mihi pa-
ter ſic loquoꝛ.

## De feſto aſimorũ

appꝛopinquãte. M. xxvi. R. xiiij. L. xxij.
J. xiij. Capitulum. cxxvi.

Appꝛopinqbat. L. autẽ dies feſtꝰ
azimorũ qui dici
tur paſcha. Erat
R. autẽ paſcha ⁊ azima
poſt biduũ Et. M. factũ
eſt cum cõſummaſſet Je-
ſus ſermones hos om̃es dixit diſcipulis
ſuis. Scitis quia poſt biduu paſcha fiet
et filius homis tradetur vt crucifigatur:
Tunc cõgregati ſunt pꝛincipes ſacerdo-
tum ⁊ ſenioꝛes in atriũ pꝛincipis ſacerdo
tũ qui diciꝛ cayphas ⁊ cõſilium fecerunt.
Et. R. querebãt. L. ſummi ſacerdotes et
ſcribe quomodo eũ dolo tenerẽt et occide
rent. timebãt. L. vero plebẽ. Dicebãt. M.
R. autẽ non in die feſto ne forte tumultꝰ
fieret in populo. Intrauit. L. autẽ ſatha-
nas in iudã qui ꝯgnominaꝛ ſcarioth vnũ
de duodecim. Tũc. M. abijt R. L. vnus
de duodeci ad pꝛincipes ſacerdotũ ⁊ ſum
mos R. ſacerdotes vt pꝛoderet eũ illis Et
L. locutus eſt cum pꝛincipibꝫ ſacerdotũ
et magiſtratibꝫ quẽadmodũ illum trade-
ret eis. et ait. M. illis. Quid vultis mihi
dare ⁊ ego vobis eũ tradã: Qui. R. L. au
dientes gauiſi ſunt ⁊ pꝛomiſerũt. et pacti
L. ſunt pecuniã illi dare At illi conſtitue
runt ei triginta argenteos et ſpopondit.
Et. M. exinde. R. L. querebat opoꝛtuni
tatem vt eum opoꝛtune. R. traderet ſine
L. turbis. Ante. J. diem feſtum paſche
ſciens Jeſus / quia venit hoꝛa eius vt trã-
ſeat ex hoc mundo ad patrem. cum dile-
xiſſet ſuos qui erant in mũdo in finem di
lexit eos.

Hec eſt dies
mercurij aũ
dies veneris
ſanctam.

## Tertia pars principalis huius ꝯtextus de egreſſu paſſionis ⁊ reſurrectōis chriſti.

Hec eſt dies Jouis in cuius veſpere fiebat eſus agni. et hec vocatur prima dies azimoꝝ

## De miſſione Petri ⁊ Johānis prima die azimarū quā Johannes vocat ante feſtū paſche. M.xxvi. R.xiiij. L.xxij. J.xiij.

Capitulum.cxxxvij.

p

PRima M. R.autē die azimoꝝ quando. R.paſcha immolabatur. in qua. L.neceſſe erat paſcha occidi. Acceſſerūt. M.diſcipuli ad ieſum ⁊ dicūt. M. R.ei. Quo vis eamus et paremus tibi vt māduces paſcha? Et mittit ex diſcipulis ſuis Petrū. L.⁊ Johannem dicēs. Euntes parate nobis paſcha vt manducem⁹. At illi dixerunt. Ubi vis paremus? Et dixit ad eos. Ite M.in ciuitatem.. R.ad quendā. M. Ecce. L.introeūtibus vobis in ciuitatē occurret vobis homo amphorā aque portās. ſeq̄mini eū in domū in quā intrat ⁊ dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi Magiſter. Temp⁹. M.meū ꝓpe ē apō te facio paſcha. vbi R.eſt refectio mea? Ubi. L.eſt diuerſorium vbi. L. R.paſcha cū diſcipulis meis manducē? Et ipſe oſtendet cenaculū magnū ſtratū ⁊ ibi parate. Et. R.abierūt diſcipuli eius ⁊ venerūt in ciuitatē. Euntes L. R.aūt inuenerūt ſicut dixit illis ieſus et parauerūt paſcha. Veſpere. R.autē facto venit cū duodeci. ⁊ L.cū facta eſſet hora diſcubuit ⁊ duodeci apl'i cū eo.

Hic fuit eſus agni

## De ablutiōe pedū

Johan.xiij. Capitulum.cxxxviij

c

Cena facta cū diabolus iā miſiſſet in cor vt traderet eū iudas ſimonis ſcarioth ſciens quia oīa dedit ei pater in manus. et q2 a deo exiuit et ad deū vadit. Surgit a cena ⁊ ponit veſtimenta ſua. et cū accepiſſet linteū precinxit ſe. Deinde miſit aquā in peluī et cepit lauare pedes diſcipulorū ſuorū ⁊ extergere linteo quo erat ꝑcinctus. Venit ergo ad ſymonē Petrū ⁊ dicit ei petrus. Domine tu mihi lauas pedes? Non lauabis mihi pedes in eternū. Reſpōdit ei Jeſus Si nō lauauero te nō habebis partē mecum. Dicit ei Symon petr⁹. Non tm̄ pedes. ſed ⁊ manus ⁊ caput. Dicit ei Jeſus. Qui lot⁹ eſt nō indiget niſi vt pedes lauet. ſꝫ eſt mūdus totus ⁊ vos mūdi eſtis ſed nō oēs. Sciebat nāq; quiſnā eſſet qui traderet eū propterea dixit nō eſtis mūdi oēs. Poſtq̄ ergo lauit pedes eoꝝ accepit veſtimēta ſua. ⁊ cū recubuiſſet iterū dixit eis. Scitis quid fecerī vobis? Vos vocatis me magiſter ⁊ domine ⁊ bn̄ dicitis. Sum eteni. Si ergo ego laui pedes veſtros domin⁹ ⁊ magiſter. ⁊ vos debetis alter alteri⁹ lauare pedes. Exemplū eni dedi vobis vt quēadmodum ego feci vobis ita ⁊ vos faciatis. Amen dico vobis nō eſt ſeruus maior domino ſuo. Neq; apl'us maior eo q̄ miſit illum. ſi hoc ſcitis beati eritis ſi feceritis ea

## De ſacramenti inſtitutōne. M.xxvi. R.xiiij. Luce.xxij.

Capitulum.cxxxix.

c

C. M.diſcūbentibus. R.eis et manducātibus ait Jeſus. Deſiderio L.deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcū anteq̄ patiar. Dico eni vobis q2 ex hoc nō manducabo illō donec impleat in regno dei. Cenantibus. M.autē illis. Accepit ieſus panē gratias L egit ⁊ benedixit. M.⁊ fregit. M. L. deditq; diſcipulis ſuis ⁊ ait. Accipite M.⁊ comedite. hoc. M eſt L.corpus. R.meū qō pro vobis tradet hoc facite in meā cōmemoratōez Similiter ⁊ calicē poſtq̄ cenauit accipiens M.gratias egit ⁊ dedit illis dicens. Accipite. L.et diuidite inter vos ⁊ bibite. M.ex hoc oēs Hic eſt ſanguis meus noui teſtamēti. Hic. L. eſt calix nouū teſtamentū in meo ſanguine. L qui pro vobis et. M.pro multis effundetur in remiſſionē peccatorū. Dico autem vobis quia nō bibā amodo de hoc genimine vitis vſq; in diē illū cum illud bibā nouū vobiſcū in regno patris mei dei. R. Et biberunt ex eo omnes.

Videt intelligendum q̄ cena agni fuerit alia cēa vel eadē diſcōtinuata ꝑ pedū lotionem vt intelligit ꝑ dictū Johannis.

## De predictione negationis Petri et queſtione diſcipulorū M.xxvi. R.xiiij. L.xxij. J.xiij

Capitulum.cxl.

Tunc. M. L. dixit illis Jeſus. Omnes vos ſcandalū patiemini in me ī iſta nocte quia ſcriptū eſt. Percutiā paſtorē ⁊ diſpergent oues gregis. ſed poſtq̄ reſurrexero precedā vos in galileam. Respondēs autem Petrꝰ ait illi Et ſi omnes ſcādaliſati fuerint in te. ego nunq̄ ſcandaliſabor. Et. M. ait illi Jeſus priuſq̄. R. gallus bis vocem dederit ter me es negaturus. Amē. M. dico tibi. qꝛ in hac nocte antequā gallus cantet ter me es negaturꝰ. At R. ille amplius loq̄batur Et. M. ſi R. oportuerit me mori tecum te nō negabo. Simr ⁊ omēs diſcipuli dixerūt Non. J. de omnibus vobis dico: Ego ſcio quos elegerim. ſed vt adimpleatur ſcriptura. Qui mādu cat panē meū leuabit cōtra me calcaneū ſuū Amē amen dico vobis priuſq̄ fiat vt cuȝ fuerit factū credatis qꝛ ego ſum. Amen amē dico vobis qui accipit ſi quē miſero / me accipit. qui autē me accipit. accipit eū q̄ me miſit. Cū hoc dixiſſet Jeſus turbatus eſt ſpiritu ⁊ ꝓteſtatus eſt ⁊ dixit. Amen J. R. dico vobis quia vnus ex vobis me tradet qui. R. mā ducat mecū. Aſpicientes. J. ergo adinuicem diſcipuli heſitātes de quo diceret. Et M. contriſtati. R. valde ceperūt ſinguli dicere. Nūquid ego ſum domine? At ille reſpōdens ait. Unus. R. ex duodeci qui M. intingit R. mecū manū in parabſide M. in catino. R. hic me tradet. Filius q̄dem hominis vadit ſicut ſcriptū eſt de illo. Ve autē homini illi ꝑ quē filius hominis tradetur. Bonū erat ei ſi natus nō fuiſſet homo ille Reſpōdēs. M. aūt iudas qui tradidit eū dixit. Nunquid ego ſum Rabbi? ait illi Tu dixiſti Erat J. ergo recūbēs vnꝰ ex diſcipulis eius in ſinu ieſu quē diligebat Jeſus Innuit ergo huic ſimon Petrus ⁊ dixit ei. Quis ē de quo dicit? Itaq̄ cuȝ recubuiſſet ille ſuꝑ pectꝰ Jeſu dicit ei. Domine q̄s eſt? Reſpōdit Jeſus. Ille eſt cui ego intinctū panem porrexero. Et cum intinxiſſet panē dedit iude ſymoni ſcariothis. Et poſt buccellam tūc introiuit in eum ſathanas. Et dicit ei Jeſus. Quod facꝭ fac citius Hoc autē nemo ſciuit diſcumbentiū ad quid dixerit ei Quidā enim putabant qꝛ loculos habebat Judas qꝛ dicit ei Jeſus. Eme ea que opꝰ ſunt nobis ad diē feſtum. Aut egenis vt aliquid daret. Cum ergo accepiſſet ille. exiuit continuo. Erat autē nox. Cum ergo exiſſ3 dicit Jeſus. Nūc clarificatus eſt filiꝰ hominis ⁊ deus clarificatus eſt in eo. ſi deus clarificatus eſt in eo ⁊ deus clarificabit eū in ſemetipſo ⁊ cōtinuo clarificabit eū. Filioli adhuc modicū vobiſcū ſum. queritꝭ me et ſicut dixi iudeis quo ego vado vos nō poteſtis venire. Et vobis dico modo. Mandatū nouum do vobis vt diligatis inuicē ſicut dilexi vos. vt ⁊ vos diligatis inuicē. In hoc cognoſcēt omēs quia mei eſtis diſcipuli. ſi dilectōem habueritis ad inuicē. Dicit ei Symō petrus. Domine quo vadis. Reſpōdit Jeſus quo ego vado non potes me ſequi modo. ſequeris autem poſtea. Dicit ei Petrus. Quare non poſſum te ſequi modo? Animā meā ꝓ me pones Rñt ihs / aīaȝ tuā ꝓ me pones Amen amē dico tibi. Nō cātabit gallus donec ter me neges. Et ipſi ceperūt querere inter ſe quis eſſet qui eum traditurus eſſet Facta eſt autē ⁊ contentō inter eos. quis eorū videretur eſſe maior Dixit autē eis. Reges gentium dominātur eorum: et qui poteſtatē habent ſuper eos benefici vocātur. Vos autē non ſic ſ3 qui maior eſt in vobis fiat ſicut minor / et qui preceſſor eſt ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt. qui recūbit / an qui miniſtrat? Nonne qui recūbit? Ego autem in medio veſtrū ſum ſicut qui miſtrat. Vos autē eſtis qui ꝑmāſiſtis mecū in tentatōibꝰ meis Et ego diſpono vob̄ ſicꝰ diſpoſuit mihi patꝰ meꝰ regnū vt edatis ⁊ bibatꝭ ſuꝑ

¶ Intelligēda ē trina negatio petri velut vna negatio ↄtinuata q̄ incepit anq̄ȝ gallus cātaret et ſic intelligūt euāgeliſte trinam negatiouem factaȝ anq̄ȝ gallus cantaret ſed cōſumata eſt anq̄ȝ ſecūdū galli cantūȝ vt poſt Marcꝰ nec repugnat q̄ xp̄s vtrūq̄ dixerit nēvt marcus ponit ꝺbis. nūc vt alij ad maiorem exaggerationem.

¶ Intelligēdū ē q̄ iohānes ꝓpīquus ieſu inclinauit faciē ſuaȝ ad facieȝ iheſu ipm familiariter ⁊ ſilēter interogans cui xp̄us ſubmiſſe rñdit.

¶ Dixit hoc ꝑmittendo nō iubendo nec ſcelus aperiendo.

¶ Hoc poteſt itelligi eleuate vel depſſe

meſam meā in regno meo. et ſedeatis ſup thronos iudicātes duodecī tribus iſrael. Ait autē domin⁹ Simoni. Simon ecce ſathan expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum. Ego autē rogaui pro te vt nō deficiat fides tua Et tu aliquādo cōuerſus cōfirma fratres tuos. Qui dixit. Domine tecum ſum paratus ꝛ in carcerē ꝛ in mortez ire. Et ille dixit. Dico tibi Petre. Non cātabit hodie gallus donecter abneges noſſe me. ꝛ dixit eis Quando miſi vos ſine ſacculo ꝛ pera ꝛ calciamētis. Nūquid aliqd defuit vobis? At illi dixerūt. Nihil. Dixit ergo eis ſed nūc qui habet ſacculū tollat/ ſimilr̄ ꝛ peram/ ſed q̄ non habet vendat tunicā ſuam et emat gladiū. Dico eni vobis quoniā adhuc hoc quod ſcriptū eſt opoꝛtet impleri in me. Et cū iniuſtis deputat⁹ eſt. Eteni ea que ſunt de me. finē habent. At illi dixerūt. Ecce duo gladij hic. At ille dixit eis. ſatis eſt.

## De ſermone domini poſt cenā ꝛ cōtinet multas rubꝛicellas pro mltitudine doctrinarū vbi ꝑ totū de myſterio trinitatis Jo. xiiij. xv. xvi. xvij.

Capitulum. cxli

Et ait diſcipulis ſuis. Non turbetur coꝛ veſtrū. Creditis in deum ꝛ in me credite. In domo patris mei manſiones multe ſunt. Si quo min⁹ dixiſſez vobis qꝛ vado pare vobis locū ꝛ ſi abiero et prepauero vobis locum. iterū venio ad vos ꝛ accipio vos ad meipſum vt vbi ego ſum ꝛ vos ſitis. et quo ego vado ſcitis. et viā ſcitis Dicit ei Thomas. Dn̄e neſcim⁹ quo vadis ꝛ quomō poſſum⁹ viam ſcire? Dicit ei Jeſus. Ego ſum via veritas ꝛ vita Nemo venit ad patrē niſi ꝑ me Si cognouiſſetis me ꝛ patrē meū vtiq̄ꝫ cognouiſſetis. et amodo cognoſcetis eū ꝛ vidiſtis eū. Dicit ei philippus. Dn̄e oſtende nobis patrē ꝛ ſufficit nobis? Dicit ei Jeſus. Tanto tempe vobiſcū ſum ꝛ nō cognouiſtis me Philippe qui videt me. videt ꝛ patrē meum. Quomō tu dicis oſtende nobis patrem? Non credis qꝛ ego in patre ꝛ pater in me ē? Verba q̄ ego loquoꝛ vobis a meipſo nō loquoꝛ. Pater autē in me manēs ipſe facit opa. Nō creditis quia ego in patre ꝛ pater in me eſt. Alioquin ꝓpter opera ipſa credite. Amē amen dico vobis q̄ credit in me. opera que ego facio ipſe faciet et maioꝛa hoꝛū faciet quia ego ad patrē vado Et quodcū̄q̄ꝫ petieritis in noīe meo h faciam vt glorificet̄ pater in filio. ſi qd petieritis in noīe meo hoc faciā. Si diligitis me mādata mea ſeruate. ꝛ ego rogabo patrē ꝛ alium paraclitū dabo vobis vt maneat vobiſcū in eternū ſpiritū veritatis quē mūdus nō poteſt accipere. qꝛ nō videt eū ꝫ nec ſcit eū. Vos autē cognoſcetis eū. quia apud vos manebit ꝛ in vobis erit. Non relinquā vos oꝛphanos. veniam ad vos Adhuc modicū ꝛ mūdus me iam nō videt. Vos autē videtis me. quia ego viuo ꝛ vos viuetis. In illo die vos cognoſcetis. qꝛ ego in patre meo ꝛ vos in me et ego in vobis. Qui habet mādata mea ꝛ ſeruat ea ille eſt q̄ diligit me. qui autē diligit me diliget̄ a patre meo ꝛ ego diligā eū et manifeſtabo ei meipm̄. Dicit ei Judas non ille ſcariothis. Dn̄e quid factū eſt qꝛ manifeſtaturus es teipm̄ nobis? ꝛ nō mundo? Reſpondit ei Jeſus ꝛ dixit ei. Si quis diligit me ſermonē meū ſeruabit ꝛ pater me⁹ diliget eū/ et ad eum veniemus ꝛ manſionē apud eū faciemus. Qui nō diligit me ſermones meos nō ſeruat. Et ſermonem quē audiſtis nō eſt meus ſed ei⁹ qui miſit me patris. Hec locut⁹ ſum vobis apō vos manens. Paraclitus autē ſpūſſanctus quē mittet pater in noīe meo ille vos docebit oīa ꝛ ſuggeret vobis oīa quecū̄q̄ꝫ dixero vob Pacem relinquo vobis pacē meā do vob nō quomō mūdus dat ego do vobis. Nō turbet̄ coꝛ veſtrū neq̄ꝫ formidet. Audiſtis quia dixi vobis vado ꝛ venio ad vos. ſi diligeretis me. gauderetis vtiq̄ꝫ. quia ad patrē vado qꝛ pater maioꝛ eſt Et nūc dixi vobis priuſq̄ꝫ fiat vt cū factū fuerit credatis Jā nō mlta loquar vobiſcū. Venit eni princeps mūdi hui⁹ ꝛ in me non hꝫ quicq̄ꝫ. ſed vt cognoſcat mūd⁹ qꝛ diligo patrē ꝛ ſic mandatū dedit mihi pat ſic facio Surgite eamus hinc. Ego ſum vitis vera ꝛ pr̄ meus agricola eſt.

Pr̄ia rubꝛicella.

Scd̄a rubꝛicella.

Queſtio iude Apoſtoli

Tertia rubꝛicella.

Implendus ſermo xp̄i.

Quarta rubꝛicella Secundum aliquos hic incipit capitulū. xv. Jo. nō explicat vnā grā iſta quo…

Omnē palmitē in me nō ferentē fructū tollet eū. et omnē qui fert fructū purgabit eū vt fructū pl⁹ afferat. Jā vos mūdi eſtis ꝓpter ſmonē quē locutus ſum vobis. manete in me ⁊ ego in vobis Sicut palmes nō pt ferre fructū a ſemetipſo niſi māſerit in vite. ſic nec vos niſi i me māſeritis. Ego. J. xv. ſum. vitis ⁊ vos palmites. qui manet i me ⁊ ego in eo hic fert fructū multū quia ſine me nihil poteſtis facere Si quis in me nō māſerit mittet̄ foras ſicut palmes. ⁊ areſcet ⁊ colligēt eū ⁊ in ignem mittēt ⁊ ardet. Si māſeritis in me et verba mea in vobis māſerint. qḋcūqꝫ volueritis petetis ⁊ fiet vobis. Jn hoc clarificatus eſt pater me⁹ vt fructū plurimū afferatis ⁊ efficiamini mei diſcipuli. Sicut dilexit me pater ⁊ ego dilexi vos. Manete in dilectōe mea. ſi ꝑcepta mea ſeruaueritis manebitꝭ in dilectōe mea ſicut ⁊ ego precepta patris mei ſeruaui/ et maneo in eius dilectōe. Hec locutus ſum vobis vt gaudiū meū in vobis ſit ⁊ gaudiū veſtrū impleat̄ ¶ Hoc eſt preceptū meū vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos Maiorē hac dilectōem nemo habet vt aiām ſuā ponat quis ꝑ amicis ſuis. Vos amici mei eſtis ſi feceritis que ego ꝑcipio vobis. Jam nō dicā vos ſuos/ quia ſeru⁹ neſcit q̇d faciat dn̄s eius. Vos autē dixi amicos qꝛ oīa quecūqꝫ audiui a patre meo nota feci vobis. Nō vos me elegiſtis ſed ego elegi vos ⁊ poſui vos vt eatis ⁊ fructū afferatꝭ ⁊ fructus veſter maneat vt qḋcūqꝫ petieritis patrē in noīe meo det vobis Hec mando vobis vt diligatis inuicem Si mūdus vos odit ſcitote qꝛ me priorē vob odio habuit. Si de mūdo fuiſſetis mundus qḋ ſuū erat diligeret. qꝛ vero de mundo nō eſtis ſꝫ ego elegi vos de mūdo. propterea odit vos mūdus. Memētote ſmonis mei quē ego dixi vobis Nō eſt ſeruus maioꝛ dn̄o ſuo. ſi me ꝑſecuti ſunt ⁊ vos ꝑſequētur. ſi ſermonē meū ſeruauerint ⁊ veſtrū ſeruabūt. Sed hec oīa facient vob ꝓpter nomē meū qꝛ neſciūt eū q̇ miſit me.

dixerit ſcḋm: qꝛ nōdū tranſierat toꝛrentem cedron. nec erat ymnus dictus. Niſi velimus vti regula vl anticipationis vel rememorationis

¶ Preceptū dilectionis.

Quinta rubricella.

¶ Sexta rubricella.

Si nō veniſſe ⁊ locut⁹ eis fuiſſem peccatū non haberēt. Nūc autē excuſatōem nō hn̄t de pctō ſuo Qui odit me ⁊ patrē meū odit. Si opa non feciſſem in eis q̇ nemo alius fecit. peccatū nō haberēt. Nūc aūt ⁊ viderunt ⁊ oderūt ⁊ me ⁊ patrē meū. ſed vt impleat̄ ſermo q̇ in lege eoꝝ ſcript⁹ eſt qꝛ odio habuerūt me gratꝭ.

Cū autē venerit paclitus quē ego mittā vobis a patre ſpm̄ veritatis q̇ a patre ꝓcedit ille teſtimoniū ꝑhibebit de me ⁊ vos teſtimoniū ꝑhibebitis quia ab initio mecū eſtis: Hec locutus ſum vobis vt nō ſcādaliſemini. Abſqꝫ ſynagogis faciēt vos. ſed venit hora vt oīs qui interficit vos arbitretur obſequm ſe ꝓſtare deo Et hec faciēt vobis quia nō nouerūt patrē neqꝫ me. ſꝫ hec locut⁹ ſum vobis vt cū venerit hora eorum reminiſcamini qꝛ ego dixi vobis Hec aūt vobis ab initio nō dixi qꝛ vobiſcū eram.

¶ Septima rubricella.

¶ Et nūc vado ad eū qui me miſit ⁊ nemo ex vobis interrogat me quo vadis Sed quia hec locut⁹ ſum vobis triſticia impleuit coꝛ veſtrū ſed ego veritatem dico vobis. Expedit vobis vt ego vadā Si eī nō abiero paclitus nō veniet ad vos. ſi āt abiero mittā eū ad vos. Et cū venerit ille/ arguet mundū de peccato. ⁊ de iuſticia. et de iudicio. De peccato quidē qꝛ nō crediderūt in me. de iuſticia vero qꝛ ad patrem vado ⁊ iā non videbitis me De iudicio āt quia princeps hui⁹ mūdi iam iudicat⁹ eſt Adhuc multa habeo vobis dicere/ ſed nō poteſtis poꝛtare modo Cū autē venerit ille ſpūs veritatis docebit vos oēm veritatem. Non eni loquet̄ a ſemetipo ſed q̄cūqꝫ audiet loq̄tur ⁊ que vētura ſunt annunciabit vob. Jlle me clarificabit qꝛ de meo accipiet ⁊ annūciabit vobis Modicū ⁊ iā non videbitis me. ⁊ iterꝫ modicū ⁊ videbitis me qꝛ vado ad patrē Dixerūt ergo ex diſcipulis ei⁹ ad inuicē. Quid eſt hoc qḋ dicit nobis modicū ⁊ nō videbitis me ⁊ iterum modicū ⁊ videbitis me: qꝛ vado ad patrē: Dicebāt ergo q̇d ē hoc q̇ dicit nobis modicū: Neſcim⁹ q̇d loq̄t̄. Cognouit autē Jeſus qꝛ volebāt eū interrogare ⁊ dixit eis. De hoc q̄ritis inter vos qꝛ dixi modicū ⁊ nō videbitꝭ me ⁊ iterꝫ modicū ⁊ videbitis me. Amē amē dico vob.

¶ Octaua rubricella.

¶ Nona rubricella.

quia plorabitis ⁊ flebitis vos. mūdus au
tem gaudebit. vos autē cōtriſtabimi. ſed
triſticia veſtra vertet̄ in gaudiū. Mulier
cum parit triſticiā habet q: venit hora ei⁹
Cum aūt peperit puerū. iā non meminit
preſſure ꝓpter gaudiū q: natus eſt homo
in mundū. Et vos igit̄ nūc quidē triſticiā
habetis. Iteꝝ autē videbo vos ⁊ gaude-
bit cor veſtrū ⁊ gaudiū veſtrū nemo tollet
a vobis. Et in illo die nō rogabitis quic-
quā. Amen amē dico
vobis ſi q̄d petieritis pa
trē in nomine meo dabit
vobis. Uſq; mō nō petiſtis quicq̄ȝ in no
mine meo. Petite ⁊ accipietis vt gaudiū
veſtrū ſit plenū. Hec in ꝓuerbijs locutus
ſum vobis. Uenit eni hora cuȝ iā nō in ꝓ
uerbijs loq̄r vobis ſed palā de patre meo
annūciabo vobis. Illo die in nomie meo
petetis. Et nō dico vobis q: ego rogabo
patrē de vobis. Ipſe eni pater amat vos/
q: vos me amaſtis ⁊ credidiſtis q: a deo exi
ui. Exiui a patre ⁊ veni in mundū. Iteꝝ re
linquo mundū ⁊ vado ad patrē. Dicūt ei
diſcipuli ei⁹. Ecce nūc palā loqueris ⁊ ꝓ-
uerbiū nullū dicis. Nunc ſcim⁹ quia ſcis
oīa ⁊ non eſt opus tibi vt q̄s te interro
get. In hoc cognouim⁹ q: a deo exiſti. Rñ
dit eis Jeſus. Modo creditis. Ecce venit
hora ⁊ iā venit vt diſpergami vnuſq;ſq; in
ꝓpria ⁊ me ſolū relinq̄tis. ⁊ nō ſum ſol⁹ q:
pater mecū eſt. Hec locut⁹ ſum vobis vt in
me pacē habeatis. In mūdo ꝑſſurā habe
bitis ſed ꝯfidite ego vici mūdū. Hec lo-
cutus eſt Jeſus ⁊ ſubleua
tis i celū oculis dixit. Pa
ter venit hora clarifica fili
um tuū vt fili⁹ tu⁹ clarificet te ſicut dediſti
ei ꝑtātē oīs carnis vt oē qd̄ dediſti ei
det eis vitā eternā. Hec eſt vita eterna vt co
gnoſcāt te ſolū veꝝ deū ⁊ quē miſiſti ieſuȝ
xp̄m. Ego te clarificaui ſup terrā. opus cō
ſummaui qd̄ dediſti mihi vt faciā. ⁊ nunc
clarifica me tu p̄r apud temetip̄m clarita-
te quā habui priuſq̄ȝ mūdus eēt apud te
Manifeſtaui nomē tuū hoīb⁹ quos dedi
ſti mihi de mūdo. Tui erāt ⁊ mihi eos de-
diſti ⁊ ſermonē tuū ſeruauerūt ⁊ nūc ꝯgno
uerūt q: oīa q̄ dediſti mihi abs te ſunt q:
verba q̄ dediſti mihi dedi eis. ⁊ ipi accepe
rūt ⁊ cognouerūt vere q: a te exiui ⁊ credi-
derūt q: tu me miſiſti. Ego ꝓ eis rogo nō
ꝓ mūdo rogo ſȝ ꝓ his quos dediſti mihi/
q: tui ſunt. Et mea oīa tua ſunt ⁊ tua mea
ſunt ⁊ clarificat⁹ ſum in eis. Et iā nō ſum
in mūdo ⁊ hi in mūdo ſunt ⁊ ego ad te ve-
nio. Pr̄ ſancte ſerua eos in noie tuo q̄s de
diſti mihi vt ſint vnū ſicut ⁊ nos. Cū eſſeȝ
cū eis ego ſeruabā eos in
noie tuo. q̄s dediſti mihi
cuſtodiui ⁊ nemo ex eiſ pe
rijt niſi filius ꝑditōis vt ſcp̄tura impleat̄
Nūc autē ad te venio ⁊ hec loq̄r in mūdo
vt habeāt gaudiū meū impletū in ſemet-
ipſis. Ego dedi eis ſmonē tuū ⁊ mūdus
eos odio habuit q: nō ſunt de mūdo ſic̄ ⁊
ego nō ſum de mundo. Nō rogo vt tollas
eos de mūdo ſed vt ſues eos a malo. De
mundo nō ſunt ſicut ⁊ ego nō ſum de mū
do. Sctifica eos in veritate. ſmo tu⁹ veri
tas eſt. ſicut tu me miſiſti in mūdū. et ego
miſi eos i mūdū ⁊ ego ꝓ ipiſ ſanctifico me-
ip̄m vt ſint ⁊ ipſi ſctificati in veritate. Non
ꝓ his aūt rogo tantū. ſed ⁊ ꝓ eis qui credi
turi ſunt ꝑ verbum eoꝝ in me. vt oēs vnū
ſint. ſicut ⁊ ego pater in te ⁊ tu in me. vt et
ipſi in nobis vnum ſint. vt mund⁹ credat
q: tu me miſiſti. Et ego claritatē quā dedi
ſti mihi. dedi eis. vt ſint vnuȝ ſicut ⁊ nos
vnum ſum⁹. Ego in eis ⁊ tu in me vt ſint
cōſummati in vnuȝ et cognoſcat mūdus
q: tu me miſiſti. ⁊ dilexiſti eos ſicut et me
dilexiſti. Pater q̄s dediſti mihi volo vt vbi
ego ſum et illi ſint mecū vt videāt claritatē
meā quaȝ dediſti mihi. q: dilexiſti me añ
cōſtitutiōem mūdi. Pater iuſte mund⁹ te
nō cognouit. ego āt cognoui et hi cogno
uerūt q: tu me miſiſti et notuȝ feci eis no
men tuū vt dilectio. qua dilexiſti me. in ip
ſis ſit et ego in ipſis.

## De oratione Jeſu et ſua captione. M. xxvi. R. xiiij. L. xxij. J. xviij.

Capitulum. cxlij.

Hec. J. cum dixiſſet Jeſus et. M.
hymno. R. dicto exierunt in mō
tem oliueti et. L. egreſſus ibat ſm̄ conſue
tudinē in montē oliuaꝝ trās torrentē. J.
cedron in villaȝ. M. in prediū. R. cui no
men gethſemani. Secuti. L. ſunt autem
eum et diſcipuli e⁹. Sciebat J. et iudas q̄
tradebat eum locuȝ. q: freq̄nter ꝯuenerat
ieſus illuc cum diſcipul' ſuis et. M. dixit
R. Sedete hic donec. M. vadā illuc. M.
et orē. R. Et coaſſumpto. M. R. petro et
duob⁹ filijs zebedei cepit. M. ꝯtriſtari et

Decima rubricella.

Undecima rubricella.

Duodecima rubricella.

meſtus eſſe pauere. R. et tedere Tunc M.
ait. R. ill. Triſtis eſt aīa mea vſqꝫ ad mor
tem. Suſtinete hic ꝛ vigilate mecuꝫ ꝛ L.
ipſe auulſus eſt ab eis quantum eſt iact⁹ la
pidis Et pgreſſus M. R. puſillum proci
dit. M. in faciē ſuā ſup. R. terrā et orabat
vt ſi fieri poſſꝫ trāſiret ab
eo hora Et dixit Abba pr̄
oīa poſſibilia ſunt tibi
transfer hunc calicē a me.
ſꝫ nō qđ ego volo ſꝫ qđ tu
Vi. M. pat ſi poſſibile eſt trāſeat a me
calix iſte. Veruntamē nō ſicut ego volo ſꝫ
ſicut tu. Et venit ad diſcipl'os ſuos ꝛ M.
inuenit. R. eos dormientes. ꝛ dixit petro
ſic. Symō. R. dormis. Nō. M. potuiſti
R. vna hora vigilare mecum? Vigilate ꝛ
orate vt nō intretis in tentatōem. Spūs
quidē promptus eſt caro autēꝫ infirma.
Iterū ſcđo abijt ꝛ orauit eundē ſermoneꝫ
dicēs Pater M. mi ſi nō pōt hic calix trā
ſire niſi bibā illū fiat volūtas tua Et venit
M. R. iterū ꝛ iuenit eos dormiētes Erāt
eni oculi eoꝝ grauati ꝛ ignorabāt. R. qđ
rñderēt ei. Et relictis. M. illis iteꝝ abijt
ꝛ orauit eundē ſermonē. ꝛ poſitis L. geni
bus orabat dicēs. Pater ſi vis trāſfer cali
cem iſtū a me. Verūtñ nō
mea ſed tua voluntas fiat
Apparuit autē illi angel⁹
de celo cōfortans eū. Et factus in agonia
prolixi⁹ orabat. ꝛ factus eſt ſudor ei⁹ ſicut
gutte ſanguis decurrētis in terrā. Et cuꝫ
ſurrexiſſet ab orōe ꝛ veniſſet ad diſcipl'os
ſuos inuenit eos dormiētes p̄ triſticia. et
ait illis Quid dormitis? Dormite iā M.
R. ꝛ requieſcite. Sufficit. R. ſurgite. L. et
orate ne intretis in tentatōem. Ecce. M.
appropinqbit. R. hora ꝛ fili⁹ hoīs tradet
in man⁹ pctōꝝ. ſurgite eamus Ecce q̄ me
tradet ꝓpe eſt. Judas J. ergo cū accepiſſet
cohortē a pontificib⁹ ꝛ phariſeis miſtros
venit illuc cū laternis ꝛ facib⁹ ꝛ armis. Et
M. adhuc R. ieſu loquēte Ecce iudas ſca
riothis vn⁹ ex. xij. ꝛ cū eo turba multa cuꝫ
gladijs ꝛ fuſtib⁹. miſſi M. a principib⁹ ſa
cerdotū ꝛ ſcribis R. ꝛ ſeniorib⁹ M. R. po
puli. Dederat āt traditor eis ſignū dicēs.
Quēcunqꝫ oſculat⁹ fuero ipē eſt tenete eū
ꝛ ducite. R. caute ꝛ. L. antecedebat eos ꝛ
appropinquit ieſu vt oſcularet eū Et M.
cū veniſſet R. ſtatī acceſſit ad eū ꝛ ait Rab
bi. R. Aue M. rabbi. ꝛ M. oſculat⁹ R. eſt

¶ Poteſt intelligi q̄ xp̄us bis ita dixit

¶ Probabile ē q̄ fuit gabriel.

eum. Dixit M. ei Jeſus Amice. Ad qđ ve
niſti? Juda oſclo filiū hoīs tradis Jeſus
J. itaqꝫ ſciēs oīa que vētura erāt ſup eum
pceſſit ꝛ dixit eis. quē queritis? Rñderūt
ei Jeſum nazarenū dixit eis ieſus ego ſuꝫ.
Stabat āt ꝛ iudas qui tradidit eū cū ipſ
Vt ergo dixit eis Jeſus
ego ſuꝫ abierūt retrorſuꝫ
ꝛ ceciderūt in terrā. Iteꝝ
ergo eos introgauit Quē
queritis? Illi autē dixerūt
Jeſum nazarenū. Rñt ie
ſus Dixi vobis quia ego
ſum. ſi ergo me q̄ritis ſi
nite hos abire Vt impleret
ſermo quē dixit q2 q̄s dediſti mihi nō per
didi ex eis quēq̄ꝫ Tūc M. acceſſerūt ꝛ ma
n⁹ M. R. iniecerūt in ieſum ꝛ tenuerūt eū
Vidētes. L. āt hi qui cū ipſo erāt. quod
futuꝝ erat dixerūt ei. Dñe ſi pcutim⁹ igla
dio. Rñs āt ieſus ait. ſinite vſqꝫ huc Sy
mon M. R. ergo petr⁹ hñs gladiū eduxit
eum ꝛ pcuſſit pōtificis ſummi. R. ſacerdo
tis ſeruū ꝛ abſcidit auriculā ei⁹ dexterā J.
Erat autem nomē ſeruo
malchus. Dixit ergo Je
ſus petro Mitte gladiuꝫ
in vaginā. Calicē quē de
dit mihi pater non vis vt
bibā illū? Oēs M. eni q̄
acceperit gladium gladio peribūt An pu
tas q2 nō poſſuꝫ rogare patrē meū ꝛ exhi
bebit mihi mō pluſq̄ꝫ duodeci legiōes an
geloꝝ? Quō ergo iplebunt ſcripture? q2
ſic oportet fieri. Et L. cū tetigiſſet auricu
lam ei⁹ ſanauit eum. Dixit autē Jeſus ad
eos q̄ venerāt ad ſe prīcipes ſacerdotum ꝛ
magiſtrat⁹ tēpli ꝛ ſeniores Tanq̄ꝫ M. L.
ad. R. latronē exiſtis cū gladijs ꝛ fuſtibus
cōprehēdere me. cū q̄tidie. L. fueri vobiſ
cum in tēplo ꝛ ſedebā M.
docēs ꝛ nō M. me. R. te
nuiſtꝭ. ſed hec eſt hora ve
ſtra ꝛ ptās tenebraꝝ Hoc
M. autē. R. totum factū
eſt vt ad implerētur ſcri
pture ꝓpheraꝝ Tunc M.
diſcipuli R. relicto eo om
nes fugierunt. Adoleſcēs R. autē quidaꝫ
ſequebat eum amict⁹ ſindone ſup nudo ꝛ
tenuerunt eum Et ille relicta ſindone nu
dus pfugit ab eis. Cohors. J. autē et tri
bunus et miſtri iudeorum cōprehēderūt

¶ Intelligendū eſt poſtq̄ꝫ iudas oſculatus eſt ieſū q2 pceſſerat regreſſus ad turbaꝫ ad q̄ ieſus pceſſit

¶ Intelligendū eſt q̄ non expectata reſponſiōe xp̄i petrus pcuſſit.

¶ Superuenerāt forte aliqui cum turba. vel poſt. vel iō dicunt principes veniſſe q2 miſerunt ſuos.

Jeſum ⁊ tenẽtes. M. L. ligauerũt eum ⁊ adduxerũt eũ ad Annã primũ. Erat enim ſocer Cayphe qui erat põtifex anni illius Erat autẽ Cayphas qui cõſiliũ dederat iudeis quia expedit vnũ hoiem mori pro populo Et cõuenerũt R. in vnũ oẽs ſacerdotes ſcribe ⁊ phariſei ⁊ ſeniores.

## De miſſione Jeſu ad Annã. Et prima negatõne petri. M. xxvi. R. xiiij. L. xxij. J. xviij. Ca. cxliij

Sequebat. J. autẽ Jeſum Simõ Petr⁹ ⁊ alius diſcipul⁹. diſcipul⁹ autẽ ille erat notus põtifici ⁊ introiuit in atriũ principis cũ Jeſu Petrus aũt ſtabat ad hoſtiũ foris. Exiuit ergo alius diſcipul⁹ qui erat notus põtifici ⁊ dixit hoſtiarie ⁊ introduxit petrũ. dixit ergo petro ancilla hoſtiaria ſummi R. ſacerdotis cũ vidiſſet Petrũ calefaciẽtẽ ſe L. ſedentẽ ad lumẽ. Et M. tu cũ ieſu nazareno R. galileo eras. Nũqd. J. ⁊ tu ex diſcipulis es hois iſtius? Et hic. L. cũ illo erat At M. ille R. negauit. L. illum coram omnib⁹ dicens. Mulier. L. nõ noui illũ Nõ J. ſum neq̃. R ſcio. neq̃ noui qd dicas. Stabãt J. aũt ſerui ⁊ miniſtri ad prunas q2 frig⁹ erat ⁊ calefaciebãt ſe Erat autẽ cum eis ⁊ Petr⁹ ſtãs ⁊ calefaciẽs ſe. Et. R. exiuit foras ante atriũ ⁊ gallus cãtauit. Pontifex. J. ergo interrogauit Jeſum de diſcipulis ⁊ de doctrina ei⁹ Rñdit ei Jeſus. Ego palã locutus ſum mundo ego ſemp̃ docui in ſynagoga ⁊ in templo quo omẽs iudei cõueniũt ⁊ in occulto locut⁹ ſum nihil. Quid me interrogas Interroga eos q̃ audierũt que locut⁹ ſum ipſis. Ecce hi ſciunt qd dixeri ego Hec cũ dixiſſet vnus aſſiſtens miniſtrorũ dedit alapã Jeſu dicẽs. Sic reſpõdes põtifici? Reſpõdit ei Jeſus Si male locut⁹ ſum teſtimoniũ p̃hibe de malo. ſi aũt bene quid me cedis? Et miſit eũ annas ligatum ad Caypham pontificẽ.

Quãuis diuerſi diuerſi mode vid: ãt loq̃ de mõ cõcordandi triplicẽ negationẽ petri ita vt Aug. ſentire videatur totã iuiſſe i domo Anne Jp̃e nihilominus vel alij non intẽdũt p̃iudicare p̃babiliori mõ dicendum ſi ex textu poſſit elici ſicut eẽ videt̃ modus hic contentus iudicet lector.

## De miſſione Jeſu ad cayphã M. xxvi R. xiiij. L. xxij J. xviij

Capitulum. cxliiij.

